DE mandato Dominationis veſtræ legi *Tractatum quartum, & quintum de Munere Judicis Orphanorum* quos texit Doctor Didacus Guerreiro Camacho de Aboym quondam utriuſque Senatus Portuenſis ſcilicet, & Ulyſſiponenſis Gravaminum expeditor, & in lucem vult edere Antonius de Souſa da Sylva Bibliopola. Utiliſſima ſunt enim omnia iſtius egregii Doctoris opera, ſed hoc ſupergreſſum eſt univerſa.

Inter

Inter omnia hoc eſt in quo ingens Guerreiro in arenam deſcendit ad orphanorum præſidium : cum hoc præſidio jam orphani non ſunt orphani, habent igitur in hoc tractatu parentem, & tutorem, parentem, qui paternali amore opes illorum acquirit, tutorem, qui juridico exercitu illas defendit, Parentem, qui eos diligit, Guerreiro, à quo tuentur. Debetur ergo illi facultas, quam petit, quando hoc opus nihil contra fidem continet in conventu Santiſſimæ Trinitatis Ulyſſiponenſi Occidentali 30. Julii de 1732.

*Frater Joſeph de Oliveira.*

VIſta a informaçaõ pode-ſe imprimir o Livro de que ſe trata e depois de impreſſo tornarà para ſe conferir, e dar licença para que corra. Lisboa Occidental 31. de Julho de 1732.

*Gouvea.*

## DO PAC,O

### DOMINE.

AUguſtiſſimo obſecutus mandato perlegi attentè volumen *De tutelæ rationibus diſtrahendis* ſcriptum à celeberrimo, & juris conſultiſſimo Senatore Didaco Guerreiro Camacho de Aboym. Memoriam meæ in authorem, in vivis dum erat, obſervantiæ, inſimul, & voluptatem admirationi conjunctam excitavit lectio. Opus certè affluenti juris prudentiâ compactum, & miro ordine elaboratum cenſeo; ac profeſſoribus, quia pauci pauca de rationibus dixere, utile, & neceſſarium. In eo nil eſt moribus, legibus vel noſtris obvium: unum tamen diſplicet, quod poſthumum ſit. Superatâ verò fatorum invidiâ, immortalis gloriæ jus nunquam corrumpendum ſuo dabit authori. Ulyſſipone Occidua 15. Junii 1733.

*Joannes Alvares de Coſta.*

QUe ſe poſſa imprimir viſtas as licenças do Santo Officio, e Ordinario, e depois de impreſſo tornarà a eſta Meſa para ſe conferir, e taxar que ſem iſto naõ correrà Lisboa Occidental 15. de Julho de 1733.

*Pereira. Teixeira. Rego.*

DO

# LIBER UNICUS.

## CAPUT PRIMUM.

De foro orphanorum competenti, & de juriſdictione Judicis orphanorum.

### SUMMARIUM.

1 *Quid ſit juriſdictio diffinitur.*

2 *Orphani tum activè, tum paſſivè apud Judicem orphanorum ſolum convenire, vel conveniri poſſunt.*

3 *Quod procedit in pupillis patre orbatis, & in adultis patre deſtitutis.*

4 *Ad pupillos, vel adultos patrem in perpetuum exulem, vel ex alio quocunque capite inutilem, extenditur.*

5 *Ad maiores curatores habentes etiam porrigitur, cùm æquiparentur adultis patre orbatis.*

6 *Abſentes in loco incerto, & ob abſentiam curatores habentes, comprehendit.*

7 *Pupilli, vel adulti matre carentes in regula comprehenduntur.*

8 *Ideó pupilli, ſeu adulti apud Conſervatorem Britannorum vocandi non ſunt; ſed contrarium judicatur, quod intelligitur.*

9 *Dum pupillus, vel pupilla intra pubertatem exiſtunt, ad actiones ſuas perſequendas Judicem eligere poſſunt, etiam contra viduas; ſecús verò poſt pubertatem.*

10 *Non obſtante renunciatione à patre facta, vel ab eo, cujus orphanus hæres eſt, is adverſarios ſuos ad Judicem orphanorum trahere poteſt.*

11 *Orphani coram Judice Indiæ, & Minæ rationem de fretibus navium reddere non tenentur.*

12 *Etiam Monetarios, & Officiales, vulgò* das Sete Caſas, *eodem privilegio fruentes coram Judice orphanorũ orphani convenire poſſunt.*

13 *Judex domicilij orphanorũ deprecare poteſt alterius oppidi Judicem, ſivè ordinarium, ſivè orphanorum; & ſi ſepara-*

ti ſint, imprimis orphanorum deprecare debet.

14 Orphanus habitans in alieno territorio, ubi Judex orphanorum à Judice ordinario diſtinctus eſt, ſolúm coram Judice orphanorum convenire, & conveniri poteſt.

15 Minor 25. annorum abſque licentia Judicis matrimonium contrahens, in judicium vocatus ſuper aliquibus bonis, ad Judicem orphanorum declinare poteſt.

16 Licèt minor per matrimonium, vel Principis gratiam maior fiat, nihilominus Judex orphanorum ratiocinia mobiliũ, & immobilium, & ſimilium, præſentibus tutoribus, & minoribus, ante tradditionem diſpungere poteſt: de cauſis veró poſteà motis cognoſcere non debet.

17 Orphanus duos Judices orphanorum habens, v.g. domicilÿ, & inventarÿ, quem maluerit tum in agendo, tum in ſe defendendo, eligere poteſt.

18 In executionibus contra patrem cæptis orphanus ad ſuum Judicem declinare poteſt.

19 Coram vno ex Judicibus orphanorum Ulyſſiponenſibus, etiam ſi inventarÿ, & diviſionis non eſſet, orphanus actionem ſpolÿ intentare poteſt.

20 Maiores quoque vigintiquinque annorum dum emancipati, vel uxorati non ſunt, fori privilegium habent.

21 Poſt etiam in cauſæ concluſionẽ orphanus ad ſuum Judicem declinare poteſt.

22 Ne continentia cauſæ dividatur, Judex orphanorum de omni cauſa, in qua orphanus litis conſors fuerit, cognoſcere poteſt.

23 Ob continentiam cauſæ Judex incidenter cognoſcit de quæſtione, de qua aliàs cognoſcere non poterat; quod in cauſa ſtatus reſpectu Pedaneorum Judicum exemplificatur.

24 Et in reſtitutione in integrum petenda coram certis Judicibus, quia incidenter coram Judice cauſæ principalis peti poteſt.

25 Judex maleficiorum, pendente criminis cognitione, quæſtionem privilegÿ ſuper proprietate mancipÿ cognoſcit.

26 In judicio civili per modum exceptionis quæſtio criminalis incidenter diffiniri valet à Judice in cauſis criminalibus, nullam cognitionem habenti.

27 Continentia cauſæ, reconventio, & litis pendentiæ, licèt inter ſe ſimilitudinem, & affinitatem habeant, tamen inter ſe maximè differunt, & differentia notatur.

28 Individuitatis ratione Judex orphanorum de cauſis, ſeu litibus agitatis ſuper bonis, in quibus maiores aliquam partem indiviſam habent, cognoſce-

re

*poteſt : quando appellatio , & nullitas ab uno ex litis conſortibus , alijs juvet? Remiſſivè.*

29 *Orphani , eorumque tutores , & curatores in præjudicium ſuorum Judicum ſpecialium aliorum juriſdictionem prorogare.*

30 *Judex orphanorum juriſdictionem habet ſuper eorum lites , & omnium , qui orphanorum privilegio muniuntur, ut favore illorum ejus juriſdictio prorogari non poſſit ; juriſdictio ordinaria ad certos caſus reſtricta, ad diverſos non prorogatur , & alia in puncto. Remiſſivè.*

31 *Contrarium oſtenditur , ſed Author non ſequitur.*

32 *Non obſtante renunciatione fori expreſſé facta , vel tacitè per litis conteſtationem Judex cauſas orphanorum , & ſimilium in quocunque ſtatu ad ſe avocare poteſt,& ipſæmet partes in quacunque parte litis ad prædictos Judices declinare ſine reſtitutionis in integrum auxilio.*

33 Licèt Peg. *cum alijs contrarium doceant.*

34 *Non opponens exceptionem incompetentiæ ſibi præjudicat prorogando juriſdictionem.*

35 *Inter renunciationem, & prorogationem differentia notatur.*

36 *Author ſuam opinionem defendit inter jus commune, & noſtrum Regium diſtinguens , & mirabiliter docens.*

37 *Minores , ſeu pupilli ſine tutoris , ſeu curatoris authoritate juriſdictionem prorogare nequeunt.*

38 *Etiam ſi minor cum juramento forum renunciet, niſi ei interſit coram alio Judice litigare, quod exemplificatur ; ſed apud nos inconſulto Judice , tutores , & curatores aliquid in præjudicium minorum operari non poſſunt.*

39 *Et maximè dicta* n. 32. *procedunt, ſi orphanus non oppoſita declinatoria ad decimam ſolvendam condemnari poſſet.*

40 *Orphanus ſcholaſticus coram Judice orphanorum convenire, ac conveniri ſolùm valet in cauſis ad inventarium, diviſionem, & emancipationem pertinentibus; in alijs veró coram Univerſitatis Conſervatorem.*

41 *Orphani noſtri regni ſuos debitores Caſtellæ commorantes coram ſuo Judice orphanorum in noſtro regno convenire poſſunt : ſed hoc non procedit dum regna ſeparata ſunt ; Author Hiſpana regna imperio Luſitano ſubjici ſperat.*

42 *Judex orphanorum habet juriſdictionem etiam poſt orphanos emancipatos in litibus ſuper inventarijs , diviſionibus , contra tutores, contra Judices pro mala adminiſtratione conveniendos , & ſimilia.*

1 JUriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate juriſdicendi, vel æquitatis ſtatuendæ, quam noſtra lex tribuit Judicibus, quos vocamus orphanorum *ex Ord. lib. 1. tit. 87.* §.*45. &* 46. & diximus *in 3. part. rubric. noſtri operis à n.* 16. ad hoc ut privatè cognoſcerent de litibus, in quibus orphani fuerint vel rei, vel actores; ideò in præſenti erit concluſio, quòd orphani activè, & paſſivè tantùm apud Judices orphanorum convenire, vel conveniri poſſunt *ex Ord. lib. 1. tit. 87.* §.*45. & 46. Peg. ad dict.* §. *46. gloſ. 47. à n. 1. ad 57. Mend. in prax. 1. part. lib. 1. cap. 2.*§.*8. per tot. & 2. part. lib. 1. cap. 2.* §. *8. per tot. Cald. de emption. cap.10.à n.22. Fragoſ. de regimin. Reipublic. 1. part. lib. 6. diſp. 15. à n. 3. Cabed. 1. part.dec. 22. n. 5. Leit. in prax. finium regundor.cap. 11. à n. 49. Oliveir. de muner. proviſor. cap. 3. & ibi Addit. n. 23.*

3 Ampliatur primo, ut comprehendat non tantùm pupillos patre orbatos, ſed etiam adultos patre deſtitutos *ex l. Orphanotroph. 32.cod. de Epiſcop. & Cleric.* ubi latè *Barboſ.Gratian. forenſ. cap. 166. Peg. ad Ord. lib. 1. tit.85.*§.*45.gloſ.47. n.3. Petr. Gregor. lib. 2.ſyntagmat. jur. cap.1.n.5.Vel.diſert. 5.à n. 68. Donel.lib.17.comment.jur.civil.cap. 10. lit.* B. *Valaſc.de privileg. paup. quæſt.4.à n.5. Caſtil. lib. 3. controv. cap. 15. n. 17. Eſcobar de ratiociniÿs cap. 7. à n. 60. Greg. Lop. in l. 5. gloſ. 4. tit. 3. & in l. 41. gloſ. 1. tit.18.partit. 3. Novar. in prax. election. ſeu variat. for. ſec. 2. q. 3. & ſec. 3. quæſt. 4.*

Ampliatur ſecundo, ut comprehendat non tantùm pupillos, vel adultos patre orbatos, ſed pupillos, vel adultos, qui patrem in perpetuum exulem habent, ut judicatum tradit *Oliveir. in Addit. ad Oliveir. de mun. proviſor. cap. 3.n. 10.* vel ex alio quocunque capite inutilem, ut diximus in 3. *part. rubric. noſtri operis de mun. Judicis orphanorum à n. 4. & tract.3. lib. 3.cap.3. à n. 18. & lib.4.cap. 3.* 4

Ampliatur tertio, ut comprehendat non tantùm pupillos, & minores, ſed & maiores habentes curatores, quales ſunt omnes, de quibus *tract.3.lib.4.cap.3.per tot.* quia omnes comprehendit *Ordinat.lib.1.tit. 87.* §. *45. ubi Peg. gloſ. 47. n. 51. & 52.* quia pari jure cum adultis patre orbatis judicantur, ut dicemus *cap.ſequent.à n.20.* & diximus *tract. 3.lib. 5. cap. 10.* 5

Ampliatur quarto, ut comprehendat abſentes in loco incerto, & ob abſentiam curatores habentes *ex Ord. lib. 1. tit. 89.* & diximus latè *tract. 1. lib. 4. cap.14. à n. 161.& tract. 3. lib. 4. cap. 3. num. 87. & à n. 150. & lib. 8. cap. 8. à n. 35. Peg. ad Ord.lib. 1.tit.87.*§.*45.gloſ. 47. n. 47.* 6

Ampliatur quinto, ut comprehendat non tantùm pupillos, & adultos patre orbatos, ſed etiam pupillos 7

pillos, vel adultos matre carentes, ut judicatum refert *Phœb. deciſ.* 140. ubi *per tot.* fundamenta expendit, & ad contraria reſpondit. Verùm contrarium tradit judicatum *Oliveir. in Addit. ad Oliveir. de mun. prov. cap.* 3. *n.* 24. *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. *gloſ.* 47. *n.* 10. ubi ſic judicatum tradit, ſed *n.* 32. contrarium deciſum refert in confirmationem deciſionis *Phœb.* quam ego veriorem judico, & pro ea ſententiam tulli, dum in Portuenſi Senatu Gravaminum expeditor fui, & poſteà in hoc Supplicationis Senatu eodem munere fungens *Peg. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 7. *cap.* 3. *n.* 2.

8 Ampliatur ſexto, ut adeò vera ſit, quod pupilli, ſeu adulti citati ad reſpondendum coram Conſervatore Britannorum, poſſunt ad ſuum Judicem declinare, ut judicatum refert *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. *gloſ.* 47. *n.* 25. ſed ego vidi in Senatu contrarium ſæpiſſimè judicari; & hoc ſequendum erit ſolùm in cauſis á mercatura, ſeu negotiatione provenientibus, ut ex ſerie privilegii à D. Rege Alfonſo VI. expreſſè patet.

9 Ampliatur ſeptimo, ut adeò vera ſit, quod poſſit pupillus, vel pupilla, dum eſt intra pubertatem, ad ſuas actiones proſequendas, Judicem eligere, ut deciſum refert *Oliveir. in Addit. ad alium de muner. proviſor. cap.* 3. *n.* 7. & etiam judicatum tradit *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. *gloſ.* 47. *n.* 46. & etiam contra viduam; ſecùs verò ſi puberes ſint, quia tunc actor forum rei ſequi tenetur ex DD. ſupra citatis, latè *Peg. ad Ord. lib.* 3. *t.* 5. §. 3. *c.* 2. *à n.* 12. *ad* 19

Ampliatur octavo, ut adeò vera ſit, quod non obſtante renunciatione 10
fori, facta à patre, vel ab eo, cujus orphanus eſt hæres, poſſit orphanus adverſarios ſuos ad Judicem orphanorum trahere, ut deciſum refert *Peg. dict. gloſ.* 47. *n.* 27. quod optimè confirmatur ex dicendis *in cap. ſequenti à n.* 60. & nos *de privileg. cap.* 18. *n.* 67. *Barb. in l. hæres abſens* 19. *de judic. n.* 163.

Ampliatur nono, ut adeò vera ſit, quod orphani non teneantur red- 11
dere rationem coram Judice Indiæ, & Minæ de fretibus navium, ſed coram Judice orphanorum, ut bis judicatum refert *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. *gloſ.* 47. *n.* 26.

Ampliatur decimo, ut adeò vera ſit, quod poſſint orphani etiam 12
actores convenire coram ſuis Judicibus orphanorum Monetarios, & Officiales Septem domuum, qui eodem fruuntur privilegio, ut quatuor deciſum refert *Peg. dicta gloſ.* 47. *n.* 29. 30. & 31. *Oliveir. dicto cap.* 3. *à n.* 38. *Peg. forenſ. cap.* 11. *n.* 231. ubi quod non poſſunt privilegio ſuo renunciare.

Ampliatur undecimo, ut adeò
vera ſit, quod poſſit Judex domicilii 13
orphanorum deprecare Judicem alterius oppidi, ſive ſit ordinarius, ſive ſit orphanorum, dummodo ſi orphanorum ſit ſeparatus ab ordina-

dinario, litteras requiſitorias ad illum, & non ad iſtum mittat *Oliveir. in Addit. ad Oliveir. de muner. proviſor. cap. 3. n. 12. Altim. de nullitat. rubric. 3. q. 30. ubi per tot.* de poteſtate Judicis requiſiti.

14 Ampliatur duodecimo, quod adeò vera ſit, ut orphanus habitans in alieno territorio, ubi eſt Judex orphanorum ſeparatus à Judice ordinario, conveniri non poſſit niſi coram Judice orphanorum, & non coram ordinario, & ſic quoque alium convenire debeat *Oliveir. dict. cap. 3. n. 13.*

15 Ampliatur decimotertio, ut adeò vera ſit, quod ſi minor viginti quinque annorum, qui inconſulto, ſpretoque Judice, abſque ejus licentia matrimonium contraxit intra tempus minoritatis in judicium vocatus eſſet ſuper aliquibus bonis, adhuc poſſet ad Judicem orphanorum declinare ex his, quæ diximus *tract. 3. lib. 5. cap. 17.* & ita deciſum tradit *Oliveir. in Addition. ad Oliveir. de mun. proviſ. cap. 3. n. 25. & d. lib. 5. cap. 9.*

16 Ampliatur decimoquarto, ut adeò vera ſit, quod ſi minor, vel per matrimonium, vel per Principis gratiam ſit maior, poſſit nihilominus Judex orphanorum ratiocinia redditũum mobilium, & immobilium, ac ſe moventium, præſentibus tutoribus, & curatoribus minoribus diſpungere, antequam ad illorum traditionem procedatur *Oliveir. ad Oliveir. dict. cap. 3. n. 28.* non verò cognoſcere de cauſis poſteà agitatis, *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 45. n. 50.*

Ampliatur decimoquinto, ut adeò vera ſit, quod ſi orphanus duos Judices orphanorum habet, unum domicilii, alterum inventarii, poteſt eligere quem maluerit, vel ad agendum, vel ad ſe defendendum, ut judicatum tradit *Peg. ad Ordin. lib. 1. tit. 87. §. 45. gloſ. 47. n. 46.* 17

Ampliatur decimoſexto, ut adeò vera ſit, quod poſſit orphanus declinare ad ſuum Judicem in executionibus contra patrem cæptis, ut judicatum refert *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 45. gloſ. 47. n. 33.* 18

Ampliatur decimoſeptimo, ut adeò vera ſit, quod poſſit orphanus intentare actionem ſpolii coram uno ex Judicibus orphanorum Ullyſiponis, licèt non fuiſſet inventarii, & diviſionis, ut ait judicatum *Peg. ſup. n. 34.* 19

Ampliatur decimooctavo, ut adeò vera ſit, ut procedat, & comprehendat orphanos maiores viginti quinque annorum, dum non fuerint vel emancipati, vel uxorati *Peg. ſup. n. 48. Vel. diſſert. 5. à num. 65.* 20

Ampliatur decimonono, ut adeò vera ſit, quod etiam poſt concluſionem in cauſa poſſit orphanus declinare ad ſuum Judicem, ut probatur ex dicendis in capitulo ſequenti *à n. 59. ad 63. & n. 91. & 92.* & in terminis judicatum tradit *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 45. gloſ. 47.* licèt contrarium teneat *Barb. in l. hæres abſens 19. ff. de judic. in fin.* 21

contra-

contra quem ſtat *Carleval de judic. tit.* I. *diſp.* 2. *ſect.* 7. *n.* 601. *Peg.* cum aliis *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *cap.* 35. *n.* 136.

22 Ampliatur vigeſimo, ut adeò vera ſit, quod ratione continentiæ poteſt Judex orphanorum cognoſcere de omni cauſa, in qua orphanus fuerit litis conſors, ne continentia cauſæ dividatur *ex l.* I. *&* 2. *ff. de quib. rebus ad eundem Judic. ubi Zoez. l. nulli, cod. de judic. ubi Barb. cap.* 2. *de officio delegati, ubi Barb. cap. per tuas, cap. final. de reſcript. l. ſi idem* §. *quod ſi muti ff. de juriſdiction. omn. Judic. totus titul. cod. ſi non à competent. ubi Per. Zoez. & Bruneman.* & docet ultra eos, quos citavimus *tract.* I. *lib.* 4. *cap.* 14. *à n.* 79. *ad* 82 *& n.* 88. *Hiltrop. in praxi proceſſus judicial.* 2. *part. tit.* 14. *à n.* I. *ad* 22. *Federic. Midan. de continentia cauſæ lib.* 3. *cap.* 6. *&* 7. *Berlich.* I. *p. concluſ.* 22. *Mynſing. cent.* I. *obſerv.* 4. *Paul. obſ.* 32. *per tot.* & ita in terminis judicatum tradit meus Tranſtaganus *Peg. ad Ord. lib.* I. *tit.* 47. §. 45. *gloſ.* 47.

23 *n.* 37. ideò cauſa finiendarum litium ob continentiam cauſæ Judex incidenter cognoſcit in cauſa, in qua aliàs cognoſcere non poterat, veluti quæſtio, & cauſa ſtatus tanquam magni præjudicii coram Pedaneis Judicibus diſceptari nequit *ex l.* 2. *cod. de Pedaneis Judicibus*, & tamen quoties quæſtio ſtatus deſceptationi bonorum concurri poteſt à prædictis Judicibus expediri *ex l. quoties cod. de judic.* Similiter cauſa reſtitu- 24
tionis in integrum agitanda eſt coram certis Judicibus *ex l. fin. cod. ubi, & apud quem*; & tamen ſi incidenter petatur, agitari poteſt coram Judice cauſæ principalis *ex d. l. fin.* & 25
ſic Judex maleficiorum, pendente cognitione criminis, privilegii incidenter quæſtionem ſuper proprietate mancipii cognoſcit *l. Præſes* 8. *cod. ad l. Fab. de privilegiis.* E con- 26
trà cum civili diſceptationi per modum forté exceptionis quæſtio criminalis incidenter poteſt Judex cauſarum civilium, qui aliàs ſuper cauſis criminalibus nullam cognitionem habet, utramque diſceptationem ſua ſententia dirimere, & in cauſa criminali judicante *ex l. cum civili* 3. *cod. de ordin. judiciorum, ubi Barb. n.* I. 2. *&* 3. *Cald. in l. unic. cod. ex delict. defunctor.* I. *part. n.* 70. *Farinac. in prax. crimin. quæſt.* 10. *à n.* 86. qua de re videndus eſt *Altim. de nullitat. rubric.* 9. *quæſt.* 8. *per tot. Farin. in repert. de judicijs, quæſtion.* 83. *per tot.*

Hîc advertendum eſt, quod 27
licèt tria illa remedia, ſcilicet, continentia cauſæ, reconventio, & litis pendentia, videantur inter ſe habere ſimilitudinem, & affinitatem, inter ſe maximè differunt, quia exceptio, ne continentia cauſæ dividatur, tunc locum habet, quando quis ratione connexorum ad diverſa tribunalia trahitur; exceptioni verò reconventionis locus ſit, pendente cauſa conventionis indeciſa, á qua

declinare

declinare non poteſt actor; & tandem exceptioni litis pendentiæ locus aperitur, quando quis ratione alicujus rei debiti, vel obligationis ad diverſos Judices trahitur.

28 Ampliatur vigeſimoprimo, ut adeò vera ſit, quod ratione individuitatis poſſit Judex orphanorum cognoſcere de cauſis, ſeu litibus agitatis ſuper bonis, in quibus maiores aliquam partem indiviſam habent, quia de illis diviſio adhuc facta non extat *Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. *ubi Peg. gloſ.* 47. *n.* 53. *&* 54. *Ord. lib.* 3. *tit.* 80. §. 1. *Giurb. deciſ.* 82. *à n.* 1. quæ mirificè confirmantur ex pluribus rationibus, juribus, & Doctoribus, quos affatim citavimus in noſtro *tractat. de privil. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.* 18. *n.* 10. 11. *&* 12. *Farinac. dict. quæſt.* 83. *per tot. Menoch. de arbitr. caſu* 45. *per tot. Altim. de nullitat. rubric.* 4. *q.* 64. *à n.* 1. *ad* 49. ubi quando appellatio, & nullitas propoſita ab uno ex litis conſortibus juvet aliis.

29 Ampliatur vigeſimoſecundo, ut adeò vera ſit, quod non poſſint orphani, eorumque tutores, & curatores in præjudicium ſuorum ſpecialium Judicum aliorum juriſdictionem prorogare, ut docet civitatis Pacenſis gloria *Peg. d. gloſ.* 47. *n.* 45. *Baron. de effectib. minor. ætat. effect.* 25. *n.* 21. *& n.* 22. quibus adde plures, quos citavimus *tractat.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *à n.* 16. *ad n.* 24. & idem *Peg. in additionib. ad lib.* 1. *tit.* 87. *à n.* 8.

Ampliatur, ut adeò verum ſit, 30 quod Judex orphanorum habeat juriſdictionem ſuper litibus orphanorum, & omnium eorum, qui privilegio orphanorum muniuntur, ut favore illorum ejus juriſdictio prorogari non poſſit; tunc quia juriſdictio ordinaria reſtricta ad certos caſus, ad diverſos non prorogatur *ex cap.* 11. *qui de præbendis in* 6. ubi *gloſ. Peg. ad rubric. Ord. lib.* 1. *tit.* 87. *gloſ.* 1. *n.* 9. & plures alii à nobis relati *tractat.* 1. *lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 75. *& tractat.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *à n.* 12. *ad* 15. & ita in noſtris terminis docent *Fragoſ. de regimin. reipublicæ* 1. *p. lib.* 6. *diſput.* 15. *n.* 4. *Ægidius in l. ex hoc jure* 5. *ff. de juſt. & jur. part.* 2. *clauſul.* 5. *Cald. in l. ſi curatorem, cod. de in integr. reſtitut. in princip. n.* 20. *Valaſc. conſ.* 27. *n.* 5. *Mend. in prax.* 1. *part. cap.* 2. *n.* 22. *lib.* 1. *Peg. dict. gloſ.* 1. *n.* 8. *&* 9. *Barb. ad rubr. Ordin. lib.* 1. *tit.* 87. plures apud *Carlev. de judiciјs lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 1182. *&* 1183. *Altim. de nullit. rubr.* 9. *q.* 189. ubi *per tot.* an, & quando Judex deputatus ad certum genus hominum, poſſit judicare alios non de illo genere.

Quanvis contrariam ſententiam ſequantur *Barb. in l.* 1. *ff. de judiciјs articul.* 4. *n.* 6. *Cab.* 1. *part. deciſ.* 22. *n.* 5. aſſerentes, orphanos, qui habent certos Judices, poſſe, ſi vellent, eorum juriſdictionem prorogare, & eorum juriſdictionem eſſe prorogabilem: quia quando Princeps concedit certos Judices privative 31

tivè prohibendo, ne alii Judices propria authoritate in illis cauſis ſe intromittant, non tollit poteſtatem prorogandi á partibus *ex l.* 2. *cod. de prox. ſacr. ſcrin.* & licèt *Pereir. deciſ.* 29. *n.* 5. diſtinguat inter prorogationem paſſivam, & activam, aſſerendo quod juriſdictio privativa, ut noſtri Judicis, & ſimilium activè prorogari poſſet, non verò paſſivè; quia indiſtinctè tenendum juriſdictionem noſtri Judicis, neque activè, neque paſſivè eſſe prorogabilem, ne ſcilicet orphanorum Judex aliis negotiis impeditus, orphanorum cura, & tutela divertatur *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. *ad rubric. n.* 7. quod appoſitè confirmatur in terminis ex his, quæ diximus *in tract. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.* 4. *à n.* 20. *& cap.* 19. *n.* 52. *& à n.* 72. licèt *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 1182. *&* 1183. contrarium in terminis doceat, *& n.* 1130. *& Peg. in additionib. ad lib.* 1. *tit.* 87. *n.* 10.

32 Ampliatur vigeſimoquarto, ut adeò vera ſit, quod non obſtante renunciatione expreſſa fori, facta per pactum expreſſum, vel tacita facta per litis conteſtationem, debeat noſter Judex cauſas orphanorum, & ſimilium, in quocunque ſtatu ſint ad ſe avocare, & poſſint partes, non obſtante declinatoria non oppoſita, ad prædictos Judices declinare in quacunque parte litis, ſine reſtitutionis in integrum auxilio ex his, quæ affatim diximus *de privileg. Familiarium, Officialiumque Sanctæ Inquiſitionis cap.* 4. *à n.* 20. *ad* 34. *cap.* 19. *à n.* 32. *uſq. ad* 78. *& cap.* 24. *à n.* 100. ex quibus juribus, rationibus, doctrinis, & DD. noſtra ampliatio ita probatur, ut ampliùs ſine repetitione aliud nobis non occurrat *Peg. for. cap.* 11. *n.* 121. ubi infinitos refert.

Et licèt meus Tranſtaganus *Pe-* 33
*gas ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. *gloſ.* 47. *n.* 45. *Thom. Vaz. allegat.* 65. *n.* 58. *&* 59. inſignis *Petr. Barb. in l.* 1. *ff. de judic. art.* 4. *à n.* 67. *Cab.* 1. *part. deciſ.* 16. *à n.* 1. *Baron. de effectib. minor. ætat. effectu* 46. aſſerant quod pupilli, & orphani non allegantes exceptionem declinatoriam fori, ita juriſdictionem prorogant, ut adverſus exceptionem omiſſam non reſtituantur, quod etiam tenent *Od. de reſtitut. in integr. quæſt.* 64. *artic.* 5. *Cov. practicar. cap.* 26. *n.* 4. *Ca-*
*pic. deciſ.* 13. *n.* 7. ex regula dictan- 34
te quod non opponens exceptionem incompetentiæ, ſibi præjudicat prorogando juriſdictionem *ex Ord. lib.* 3. *tit* 49. §. 2. ubi *Barb. n.* 17. mul-
tos coaſervat DD. eam tradentes 35
differentiam inter renunciationem, & prorogationem, nam mera renunciatio ſi valida foret, importaret prædictos etiam invictos trahi poſſe, quod jus in eorum favorem non vult admittere; at verò prorogatio hos effectus non producit, cùm voluntariè coram Judice prorogato reſpondeatur, quod non eſt prohibitum, imò permiſſum; & licèt prorogatio videatur continere tacitam

renunciationem, tamen cùm id veniat in conſequentiam non attenditur *Barb. d. art.* 4. *n.* 70. *&* 71. *Altim. de nullitat. rubric.* 9. *q.* 189. *& q.* 172. *à n.* 31.

36 Attamen ego à noſtra ſuprà poſita ampliatione non recedo, ex fundamentis ibi remiſſivè traditis, & ex eo quia DD. qui contrarium aſſerunt, loquuntur in terminis juris communis, in quibus & ego illis aſſentior; at veró ego loquor in terminis noſtri juris Luſitani, quo inſpecto per *Ord. lib.* 1. *tit.* 87. orphani, & cæteri ibi comprehenſi ſpeciales Judices, & privativos habent, in quorum juriſdictionem præjudicium ipſi juriſdictione prorogare non poſſunt ex juribus, & DD. allegatis remiſſivè in noſtra ampliatione, non tantùm datos in ipſorum orphanorum favorem, ſed ob bonum publicum, cui maximè intererat, quod cura & tutela orphanorum, & eorum bonorum non ita vaga, & ampla ſit, ut apud extraneos Judices devagetur ex his, quæ latè conſideravimus *tract.* 3. *lib.* 8. *cap. ultim. per tot.* ultra quam mihi certum eſt, quod prorogare non valent, qui renunciare nequeunt, ut dixi *in tract. de privileg. cap.* 4. *à n.* 20. & ſi apud omnes eſt in confeſſo, quod orphani privilegio fori renunciare nequeunt, quomodo prorogare valebunt, cùm renunciare prohibeatur? Qua de re videatur *Altim. de nullitat. rubric.* 9. *quæſt.* 11. *per tot.* & plures apud *Carlev. de Judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 1183. ubi multos in terminis refert.

Compertum deinde eſt, quod 37 minores, ſeu pupilli, ſine tutoris, vel curatoris authoritate juriſdictionem prorogare non poſſunt, quia non habent legitimam perſonam ſtandi in judicio *ex l.* 1. *&* 2. *cod. qui leg. perſ. l. clarum cod. de authoritate præſtanda*, & ex hac ratione hanc concluſionem tradit *Angel. in l.* 1. *ff. ſiquis in jus vocatus n.* 5. *Carlev. de judicijs diſp.* 2. *n.* 1150. ubi eam ampliat 38 etiam ſi minor renunciet forum cum juramento, niſi minori interſit litigare coram alio Judice, veluti commoraret Eboræ cùm eſſet Auriquienſis *ex Bald. in l.* 1. *cod. de juriſdiction. omnium Judicum n.* 6. & tutores in noſtro Regno, & curatores non poſſunt inconſulto Judice aliquid in præjudicium minorum operari, ut ſæpè diximus, & probavimus, & in terminis docet *Altim. de nullitat. rub.* 9. *q.* 172. *à n.* 31.

Adverte tamen, quod ſi ampliationem non admittas, quod prorogatio non admittitur quando orphanus ex non oppoſita declinatoria poſſit condemnari ad decimam ſolvendam; quia tunc etiam in ſententia eorum, qui ampliationem non admittunt, minor reſtituitur, ut videre eſt apud *Thom. Vaz alleg.* 65. *n.* 57. & apud ſuprá citatos *n.* 33. & apud alios *apud Barb. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 49. §. 2. *n.* 17. *Altim. ſup. n.* 32. *& n.* 34. 39

Ampliatur vigeſimoquinto, ut 40 adeò vera ſit, quod orphanus ſcholaſticus convenire, ac conveniri debet

bet coram Judice orphanorum, & non coram Univerſitatis Conſervatore in cauſa, quæ ad inventarium, diviſionem, vel emancipationem pertineat; secùs verò quo ad ea, quæ ad inventaria, diviſiones, vel emancipationes non pertinent, ut reſolvit *Additionat. ad Oliveir. de muner. proviſor. cap.* 3. *n.* 10.

41 Ampliatur vigeſimoſexto, ut adeò vera ſit, quod poſſint orphani noſtri Regni ſuos debitores Caſtellæ commorantes coram ſuo Judice orphanorum in noſtro Regno convenire, ut judicatum tradit *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. *gloſ.* 47. *n.* 5. *Mend. in prax.* 1. *part. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 22. *Phœb.* 1. *part. areſt.* 16. quod non procedit, quando Regna ſunt ſeparata, & ſuos particulares Reges habent, prout nunc ſunt, & erunt donec Luſitano Imperio Hiſpana uniantur dominia, quia de Regno ad Regnum non admittitur prorogatio *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſput.* 2. *à n.* 1206.

42 Ampliatur vigeſimoſeptimo, ut Judex orphanorum habeat juriſdictionem ſuper litibus, quas orphani, quamvis emancipati moverent ſuper inventariis, vel diviſionibus, aut adverſus ſuos tutores, Judices orphanorum, vel Proviſores tranſactos ad eos conveniendos circa traditionem bonorum, vel malum eorum regimen ex *Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 46. ubi *Barb. n.* 1. qui citat *Rebuſum ad l.* 69. *ff. de verb. pagin.* 322. & meliùs *Peg. ibi gloſ.* 45.

## CAPUT II.

De eâdem materia, pro regulæ limitationibus tradendis.

### SUMMARIUM.

1 *Orphanus in contractus loco inventus, ibi conveniri poteſt, non obſtante privilegio, prout in alijs privilegiatis obſervatur.*

2 *Ratione etiam rei ſitæ, ſi ibi inveniatur orphanus, in loco rei ſitæ conveniri poteſt: non privilegiatus intra annum adeptæ poſſeſſionis actione reivendicationis conveniri poteſt in loco rei ſitæ, licèt ibi non inveniatur.*

3 *Orphanus tanquam hæres conventus eſſe poteſt coram Judice domicilij defuncti.*

4 *Sed cúm orphanus privilegium in corpore juris clauſum habeat, conveniri non poteſt in loco defuncti.*

5 *Ratione adminiſtrationis patris, vel ejus, cujus orphanus hæres eſt, in loco adminiſtrationis conveniri debet, ſivé ibi inveniatur, ſivè non.*

6 *In reconventionis cauſa orphanus, ſeu quicunque privilegiatus declinare non valent.*

7 *Nec Author reconventus Judicem recuſare poteſt.*

8 *Fruſtra quis petit ſibi ſolvi debitum, qui quod alteri debet, ſol-*

vere recuſat.
9 Actor diverſis inſtantijs moleſtandus non eſt.
10 Reconventionis cauſa incidens eſt; Judex cauſæ principalis incidentium, & exceptionum Judex erit.
11 Conventionis Judex reconventionis erit, licèt propter privilegium etiam irrenunciabile perſonæ cognoſcere non poſſet; & multa de reconventione, remiſſivè.
12 De cauſis merè criminalibus Judex orphanorum cognoſcere non poteſt.
13 Licèt orphani in criminalibus actores, vel rei ſint; niſi defuncto delinquente actio perſecutoria perſeveret, vel quæſtio criminalis in cauſa incidat.
14 Vel niſi injuria ipſi Judici facta ſit.
15 De cauſis veró mixtis Judex orphanorum cognoſcere poteſt; & quæ ſint mixtæ cauſæ? Remiſſivé.
16 Orphanus tanquam tertius, tum principalis, tum acceſſoriè ad ſuum Judicem declinare poteſt, quia in utroque caſu ſponté venit.
17 Orphanus citatus ad defendendam litem declinare non poteſt.
18 Quia ad defendendum vocatus ex perſona emptoris in judicium venit.
19 Niſi nominans alieno nomine poſſideat, ut colonus, & ſimiles.
20 Idem reſpectu fœudatarii, & emphyteutæ dicendum eſt, quando de pertinentibus ad dominium directum agitur; ſecús ad dominium utile.
21 Orphanus ex ſpolio à ſe commiſſo conventus intra annum ſuo foro non gaudet.
22 Nec quando eſt citatus ad judicium Portuum Siccorum, vulgò dos Portos Secos.
23 Nec quando eſt citatus ad judicium Indiæ, & Minæ.
24 Nec in cauſis bonorum Coronæ, aut Ordinum.
25 Nec in cauſis Capellarum, quando eorum bona alienata poſſident.
26 Nec in cauſis fiſcalibus.
27 Nec in cauſis Reſiduorum, vel Miſericordiæ.
28 Nec in cauſis concurſus præferentiæ, aut compromiſſi.
29 Nec in cauſis fœudalibus.
30 Nec quando agitur de reſtituendo depoſito, vel ſequeſtro.
31 Nec quando minor, ſeu orphanus contra alium agit.
32 Orphanus non gaudet privilegio fori contra omnes eundem privilegium habentes.
33 Nec in executione ſententiæ declinare valet.
34 Contra exteros privilegiatos ſuo privilegio non utuntur, etiam in cauſis inventarij, & partitionum.
35 Exteri privilegio ſuo renunciare non poſſunt, ſi illud oſtendant.

36 Ad-

36 *Adverſus ſcholaſticos privilegio non utuntur, exceptis inventarij, diviſionis, & ratiocinij cauſis.*

37 *Qui ſcholaſticos extra ſuos Judices convenit, cadit à cauſa.*

38 *Scholaſtici ſuo privilegio renunciare non valent.*

39 *Idem de magiſtris de corpore Univerſitatis, & de Artium, & de alijs omnibus Officialibus dicendum eſt.*

40 *Contra milites, exceptis aliquibus cauſis, orphani privilegio ſuo non utuntur.*

41 *Milites privilegio fori renunciare non poſſunt.*

42 *Tum activè, tum paſſivè orphani adverſus Senatores privilegio non utuntur, habent nanque potentius illi, quàm cæteri quicunque privilegiati.*

43 *Idem de his, qui Senatorio privilegio gaudent dicendum eſt, & privilegio ſuo renunciare non poſſunt.*

44 *Senatores titulati eundem privilegium habent, ſecús verò ſimpliciter togati.*

45 *Apoſentati verò Senatores eodem privilegio fruuntur.*

46 *Quo ad conſiliarios Tribunalium hujus Regni, & omnes Officiales Regiæ domus orphanorum privilegium ceſſat.*

47 *Idem circa Officiales Provinciæ Braſilicæ, Baſilicæ Regiæ, & Raciotiniorum Regiorum, dicendum.*

48 *Cum privilegio fori renunciare non poſſunt.*

49 *Idem quo ad Familiares de numero dicendum.*

50 *Idem quo ad omnes par privilegium habentes, & potentius privilegium cum expreſſa derogatione privilegiorum orphanorum oſtendentes, dicendum tam paſſivé, quàm activé.*

51 *Idem in cauſis mulctarum, & ad ædiles pertinentibus, & in cauſis ſallarij, ſpolij, cuſtodiæ, vel depoſiti.*

52 *Poſt emancipationem, vel legitimam ætatem, & poſt veniam ætatis impetratam, vel de licentia Judicis matrimonium, etiam non traditis bonis, privilegio fori non utuntur.*

53 *Orphanus mercator in cauſis à mercatura provenientibus, nec activè, nec paſſivè privilegio gaudet, & civiliter obligatur.*

54 *Quod procedit tam pro in integrum reſtitutione, quàm pro nullitate.*

55 *Minor curatore carens privilegio fori non gaudet, quia validè contrahit, & alienare poteſt, quæ ſervando ſervari nequeunt: ſed Author contrarium ſequitur.*

56 *In cauſis ſpiritualibus, vel eccleſiaſticis orphanus privilegio fori non gaudet.*

57 *Inſtitutis minoribus hæredibus patrem, & matrem habentibus,*

*bus, inventarium àn pertineat ad Judicem orphanorum, vel ad ordinarium quæſtio formatur, & reſolvitur* ſub n. 61.

58 *Inventaria eorum, qui de juriſdictione Judicis ordinarij ſunt, ad Judicem ordinarium pertinent: nulla lege, conſuetudine, aut ſtylo conſtat inventarium minorum patrem, & matrem habentium ad Judicem orphanorum pertinere.*

59 *Quando competat Judicibus orphanorum inventarium facere, lex noſtra declarat: ſed quando minores patrem, & matrem habent, non diſponit, quod ſatis explicatur.*

60 *Sequentia ſecundum præcedentia intelligenda ſunt, & hæc in illa influunt.*

61 *Ad Judicem orphanorum, ultra quod privativus ſit, pertinet orphanorum bona cuſtodire, & conſervare, bona deſcribere, ut illis maioribus factis bona illæſa, & eorum ſubſtantiam ſalvam habeant: refertur deciſio quæſtionis pro Judice ordinario, ſed Author de ea ſe non ſatisfacit.*

62 *Licèt pater ex perſona filiorum electionem Judicum non habeat, inventarium tamen, & partitionem coram Judice orphanorum facere debet, & ad contraria ſupra poſita fundamenta circa lites procedunt, pater nanque omnium actionum exercitium habet.*

Limitatur primo noſtra concluſio in principio poſita, ut non procedat quando orphanus invenitur in loco contractus ubi cõvenitur: quia privilegiatus, & habens certum Judicem, tenetur reſpondere coram Judice loci contractus, ſi ibi inveniatur, non obſtante privilegio *ex l. 1. ff. de eo quod certo loco, cap. dilecti de foro competenti*, & ex juribus, & DD. quos citavimus *in tractat. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſitionis cap. 18. n. 34. & infra cap. 2. n. 177. Barb. in l. hæres abſens §. 1. à n. 42. & in l. exigere art. 85. ff. de judic. n. 7. & 7. in lib. 1. tit. 5. §. ultim. & tit. 11. §. 3. ubi Barb. Carlev. de judic. tit. 1. diſp. 2. ſect. 4. de for. contract. à n. 160. ad n. 287. Altim. de nullit. rubric. 9. q. 187. à n. 1. ad 139.* 1

Limitatur ſecundo, ut non procedat quando orphanus convenitur ratione rei ſitæ, ſi in loco rei ſitæ inveniatur *ex tx. in cap. 2. de privileg. in 6.* & ex aliis juribus, & DD. quos citavimus *in tractat. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſitionis cap. 18. n. 31. 32. & 33. Barb. in d. l. hæres abſens §. proinde articul. de foro rei ſitæ n. 3. Ord. lib. 3. tit. 5. §. ultim.* ubi *Barb. & tit. 11. §. 3.* ubi *Barb. & §. 6.* ubi *Barb.* licèt non privilegiatus intra annum à die adeptæ poſſeſſionis poſſit actione reivendicationis conveniri etiam in loco rei ſitæ non inventus *ex Ord. lib. 3. tit. 11. §. 6. Carlev. ſup. q. 3. de foro rei ſitæ à n. 143. ad n. 159. Altim.* 2

*tim. d. q.* 187. *à n.* 142. *ad* 176.

3 Limitatur tertio, ut non procedat quando orphanus convenitur tanquam hæres, quia tunc, non obſtante privilegio, poteſt conveniri coram Judice domicilii defuncti, cujus hæres fuit *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 11. §. 2. ubi *Barb. n.* 1. *&* 2. *gloſ. in l.* 2. *ff. de judic. verb. excuſat. Boer. in l. conſentaneum, cod. quomodo, & quando Judex, Barb. in l. hæres abſens in princip. ff. de judic. n.* 99. & alii, quos citavimus *de privileg. Famil. Officialiumque Sanctæ Inquiſitionis cap.* 18. *à n.* 60. *ad* 64. *Carlev. de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *q.* 1. *à n.* 288.
4 *cum plurib. ſeq.* verùm hæc limitatio non procedit in noſtro caſu, ut in terminis docet *Barb. in d. l. hæres abſens in princip. n.* 165. quia licèt hæredi non proſit proprium privilegium, ut conveniri non poſſit in foro defuncti, hoc intelligendum eſt de privilegio in corpore juris non clauſo, ut apud nos expreſſum eſt *in Ord. lib.* 3. *tit.* 12. *n.* 2. *&c.* & docent *Barb. à n.* 62. & clariùs *Carlev. ſup. n.* 292. ubi multos citat *Giurb. deciſ.* 82. *n.* 9. *Gratian. cap.* 182. *n.* 2. ſecùs verò in privilegio clauſo in corpore juris ob bonum publicum, prout eſt de quo agimus *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. caput ſequens *n.* 72. niſi ſit concluſum in cauſa *ex Barb. ſup. n.* 165. *Carlev. de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *ſect.* 5. *de foro hæred. à n.* 288. *ad* 390.

5 Limitatur quarto, quando orphanus convenitur ratione adminiſtrationis, quam habuit pater, vel is, cujus hæres fuit: quia tunc ſicut defunctus in loco adminiſtrationis conveniri poterat, ita orphanus, ejus hæres, ex juribus, & DD. quos citabimus *cap. ſequent. à n.* 69. & quos citavimus *in tract. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.* 15. *á n.* 15. *cap.* 18. *n.* 72. *& in cap. ſequenti á n.* 171. ſivè inveniantur in loco adminiſtrationis, ſivé non, non admiſſa hac diſtinctione, quam facit *Barb. in l. hæres abſens* §. 1. *á n.* 66. *ff. de judic.* quem refutat multis relatis *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *à n.* 168. ad fundamenta *Barb.* latiſſimé reſpondendo *Scobar de ratiocin. cap.* 7. *n.* 56.

Limitatur quinto, ut non procedat in reconventione, quæ cum 6
cauſa conventionis pari paſſu ambulat, ſimultaneo pro caſu procedit, & cadit ſententia cum cauſa conventionis terminari: quia tunc non poterit orphanus declinare, nec alius quicunque privilegiatus, ut latè, fuſèque diximus *in tractat. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.* 18. *á n.* 73. tunc 7
quia actor á reo reconventus, recuſare Judicem non poteſt, quem ſpontè elegit, & pro ſe ante probavit: namque pro ſecunda, & contra ſe ſubſtinere debet, ut colligitur *ex l. cum Papinian.* 14. *cum Authent. ſequent. cod. de ſentent. & interlocutor. l.* 1. §. *fin. ff. quæ ſententiæ ſine appellation. reſcindantur cap.* 1.

*cauſ.*

8 *cauſ.* 3. *q.* 8. tum quia fruſtrá quis petit ſibi ſolvi debitum, qui ipſe negat alteri ſolvere, argumento *tx. in cap. nihil iniquius,cap. iniquum*
9 32. *q.* 6. tum quia actor diverſis inſtantiis, & judiciis diſtrahendus, occupandus, & moleſtandus non eſt :
10 tum quia cùm reconventionis cauſa ſit incidens, Judex conventionis de eadem debet judicare : nam qui eſt Judex cauſæ principalis, ipſe eſt Judex cauſarum, & exceptionum incidentium, argumento *tx. in l.*
11 *quoties* 3. *cod. de judic.* ideò reconventionis Judex eſt, qui conventionis Judex eſt, etiam ſi propter privilegium perſonæ cognoſcere non poſſit, licét tale ſit, cui partes renunciare non poſſunt *Barb. in l. qui prior* 29. *ff. de judic. à n.* 90. *ubi per tot.* latè de materia reconventionis, de qua etiam latè *Hiltrop. de proceſſu judiciali* 2. *part. tit.* 10. *per tot. Carlev. de judic. tit.* 2. *diſp.* 7. *per tot. Barb. ad Ord. in lib.* 3. *tit.* 32. *Cancer.* 2. *var. cap.* 13. *à n.* 1. *ad* 77. plenè de reconventione *Cortiad. dec.* 242. *per tot.*

12 Limitatur ſexto, quo ad cauſas merè criminales, de quibus Judex orphanorum cognoſcere non poteſt *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 48. ubi *Barb. & Peg.* & ſi orphani ſint in il-
13 lis actores, vel rei, niſi ſi defuncto delinquente perſeveret actio perſequutoria *ex l. defuncto ff. de public. judic. Peg. in d.* §. *n.* 1. vel niſi incidentia cognoſcat *Peg. d. n.* 1. *Barb. in l. ſi ab hoſtibus* §. *fin. n.* 46. *ff. de judic.* vel niſi injuria ſit facta ipſi Ju- 14
dici: quia non obſtante quod *Barb. in d.* §. 48. cum aliis affirmet, quod Judex noſter non poteſt cognoſcere de injuria ſibi facta, & teneatur remittere ad Judicem criminalem; tamen contrarium verius eſt *ex Ord. lib.* 5. *tit.* 50. quam pro hac parte, quam ſequitur, adducit *Peg. in d.* §. 48. *n.* 2. *&* 3. & ex latè á nobis conſideratis *in tractat. de recuſationib. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 26. *&* 27. ut ab *Altim. de nullitat. rubric.* 9. *quæſt.* 8. *per tot.*

Declara limitationem ut pro- 15
cedat tantùm in cauſis merè criminalibus, non verò in mixtis, ut diximus cum multis *tract.* 3. *lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 12. *&* 13. *cum ſeq.* & quæ ſint cauſæ mixtæ, abundè diximus *in tractat. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.* 18. *à n.* 112. *uſq. ad* 123. ubi vide.

Limitatur ſeptimo, ut non pro- 16
cedat quando orphanus venit tanquam tertius ad judicium, ex dicendis *in cap.* 5. *à n.* 1. *uſque ad* 7. ſivè veniat principaliter excludendo actorem, & reum, ſivé acceſſoriè adhærendo, vel actori, vel reo: quia ſi declinet, remittendus eſt non ut ad ſuum Judicem, ut reſolvunt *Corn. conſ.* 79. *per tot. Mynſing. centur.* 5. *obſerv.* 18. *per tot. Hiltrop. in proceſ. judicial.* 2. *part. tit.* 11. *à n.* 90. *ad* 92. quia quando principaliter venit, ſpontè venit, & etiam quando acceſſoriè venit *Hiltrop. ſup. n.* 92. & diximus *in tractat. de pri-*

*privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap. 18. n. 23. Barb. in l. ſi venditor 49. ff. de judic. n. 143. & 144.* de quo latè *Altim. de nullitat. rubric. 3. q. 37. per tot.*

17 Limitatur octavo, ut non procedat quando orphanus citatur ad defendendam litem: quia tunc non poterit declinare, ſed teneatur defendere in foro illius, qui eum vocat in actorem, abſque eo quod ratione ſui perſonalis privilegii ad ſuum forum cauſam trahere, ut latè diximus *in tractat. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſitionis cap. 18. à n. 56. ad 58.* & infra *cap. 6. n. 178.* ubi multa jura, multoſque damus DD. quibus ſunt addendi *Barb. in l. venditor 49. ff. de judic. à n. 99. ad 135. Hiltrop. de proceſ.*
18 *judicial. 2. p. tit. 28. n. 7.* quia hic actor venit ad defendendum non ex ſua perſona, ſed ex perſona emptoris, cujus vices ſuſtinet tanquam procurator *Barb. ſup. à n. 100. Hiltrop. dict. tit. 28. n. 7.* qui plures alios ci-
19 tant *Gam. deciſ. 332. à n. 1.* niſi nominans nomine alieno poſſideat, ut coloni, inquilini, & ſimiles; quia tunc laudatus in actorem judicium declinare poteſt *Gam. d. deciſ. 332. Barb. in d. l. ſi venditor à n. 126.*
20 qui *n. 129.* cum ſequentibus, docet idem procedere in fæudatario, & emphyteuta, quando agitur de pertinentibus ad directum dominium; nam cum alieno nomine tunc poſſidere videantur, militat eadem ratio, quæ in colono, & ſic comparente domino directo, in eum transferendum eſt judicium, *Gam. ſup. Valaſc. de jure emphyteut. quæſt. 18. n. 24.* ſecùs verò in aliis, quæ ad dominium directum non pertinent, cùm tunc ſuo nomine poſſideant.

Limitatur nono, quando orphanus convenitur ex ſpolio à ſe commiſſo, ut diximus *in tractat. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap. 18. n. 16. & in capite 6. num. 43.* dummodo intra annum, & diem intentetur; de qua materia latè *Barb. de judic. in l. ſi de vi à n. 1. ad 497. Peg. forenſ. cap. 11. à n. 172. cum plurib. ſequent. Peg. ad Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. cap. 39. per tot.* 21

Limitatur decimo, ut non procedat quando eſt citatus ad judicium Portuum Siccorum ut tradit judicatum *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 45. n. 9.* quia eſt deputatus ad certum genus cauſarum, cujus judicium indeclinabile eſt *Peg. for. cap. 11. n. 227.* nec quando eſt citatus 23
ad judicium Indiæ, & Minæ, *Peg. d. cap. 11. n. 237. Mend. in prax. 1. part. lib. 2. cap. 2. n. 12. & 14.* 22

Limitatur undecimo quo ad 24
cauſas bonorum Coronæ, aut Ordinum, ut judicatum tradit *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 45. gloſ. 47. n. 9.* nec quo ad cauſas Capellarum, 25
quando bona illarum poſſident alienata, ut judicatum refert *Peg. ſup. n. 11.* qui ibi declarat, & judicatum tradit non procedere quando petun-

tur bona abſente quia tunc declinare poterunt.

26 Limitatur duodecimo, ut non procedat quoad cauſas fiſcales, ut judicatum refert *Peg. d. gloſ. 47. n. 9.* & nos diximus latè *in tractat. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap. 18. n. 70. & 71.* & diximus *in cap. 6. n. 25.* in quibus locis multos damus; latè *Carlev. de judic. tit. 1. diſp. 2. ſect. 9. ubi per tot. de foro fiſci.*

27 Limitatur decimotertio, ut non procedat quando citantur ad judicium Reſiduorum, ut diximus *in tractat. de privileg. Familiar. cap. 18. n. 83.* & diximus *in capit. 6. à n. 51.* & ultra DD. ibi citatos, docent cum aliis *Pegas forenſ. cap. 11. n. 237.* vel ad Judicem Miſericordiæ *Mendes 2. p. lib. 1. cap. 2. n. 83. Peg. in addition. ad Ord. lib. 1. tit. 16. n. 9.*

28 Limitatur decimoquarto, ut non procedat quoad cauſas concurſus præferentiæ, aut compromiſſi, quia in iſtis non habet locum declinatoria, ut adverſus Clericos, Anglos, viduas, & minores tradit judicatum *Peg. for. cap. 11. à n. 236.*

29 Limitatur decimoquinto, ut non procedat, in cauſis fæudalibus *Carlev. de judic. diſp. 7. quæſt. 6. n. 650. Formoſin. in cap. ex parte 15. de foro compet. quæſt. 10. n. 7.* quos refert, & ſequitur *Peg. for. cap. 11. n. 91.* & diximus *in cap. 6. à n. 29.*

30 Limitatur decimoſexto, quando agitur de reſtituendo depoſito, vel ſequeſtro, prout dicemus *in capit. 6. à n. 35.* & diximus *in tract. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap. 18. n. 88. Peg. ad Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. cap. 37. per tot.*

Limitatur decimoſeptimo, ut non procedat quando minor, ſeu orphanus contra orphanum agit: quia tunc actor fori rei ſequi tenetur ex regula, quod privilegiatus non gaudet privilegio contra pariter privilegiatum, ut abundè dicemus *in cap. 5. à n. 14.* & diximus *in tractat. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap. 18. à n. 94. & cap. 25. à n. 25.* & in terminis ita reſolvit in præſenti *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 45. in fin.* ubi *Peg. n. 56. & 57.* 31

ex quo jam infertur, orphanus non gaudet privilegio fori contra omnes, qui orphanorum jure, & privilegiis utuntur, prout ſunt omnes, quos retulimus *tractat. 3. lib. 4. cap. 3. per tot. & in cap. 4. à n. 42.* cum pluribus ſequentibus, prout ſunt omnes perſonæ miſerabiles, ibi relatæ, & à *Peg. forenſ. cap. 11. à n. 102. cum ſequent. & ad Ord lib. 3. tit. 5. §. 3. cap. 36. per tot.* 32

Limitatur decimooctavo, ut non procedat in executione ſententiæ, in qua orphanus non poteſt ad ſuum Judicem declinare, ex his, quæ latè diximus *in tractat. de privilegiis Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, cap. 18. á n. 84. & in capitulo 6. á n. 27.* & pro hac parte 33

te judicatum tradit *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. *gloſ.* 47. *n.* 35. ubi etiam, & *n.* 23. contrarium bis judicatum refert *Peg. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *cap.* 38. & *ad Ord. lib.* 2. *tit.* 8. §. 10. *á n.* 1.

34 Limitatur decimonono, ut non procedat quo ad exteros privilegiatos, puta Gallos, Batavos, Britanos, & Hiſpanos: quia ſimiles conveniri non poſſunt coram Judice orphanorum, non exceptis cauſis inventarii, & partitionum, ſed coram ſuo Conſervatore, de quibus *in Ord. lib.* 1. *tit.* 6. *in principio*, & *tit.* 49. §. 3. ubi *Peg. gloſ.* 4. & *Forenſ. cap.*

35 11. ubi *n.* 234. tradit judicatum exteros non poſſe privilegio ſuo renunciare, dummodo illud oſtendant; latè *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *ſect.* 8. *ubi per tot. de foro Neapolitan. á n.* 652. *ad* 697. *Peg. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *cap.* 36. *á n.* 147. & etiam quoad inventarium, & partitiones poſſe declinare, vidi judicatum.

36 Limitatur vigeſimo, ut non procedat quoad ſcholaſticos, qui etiam exceptis inventarii, & diviſionis, & ratiocinii cauſis, conveniri non poſſunt coram Judice orphanorum, ſed conveniendi ſunt coram ſuis Conſervatoribus, ut diximus *in tract. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſitionis cap.* 18. *á n.* 44. *ex Authent. habita, codic.*

37 *ne filius pro patre*, in tantùm, quod qui eos alibi quám coram ſuis Judicibus convenit, cadit à cauſa, ut ex multis tradit *Rebuf. de privileg. Scholaſt. privileg.* 157. *per tot.* & privilegio 38

ſuo minimè renunciare valent *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 12. §. 1. §. 12. *reform. Juſtitiæ*, ubi *Thom. Vaz*, *Peg. for. cap.* 11. *á n.* 23. & 24. ubi plures pro una, & altera parte refert, qui *n.* 221. idem 39

tradit de magiſtris de corpore Univerſitatis, & de artium magiſtris *n.* 212. & omnibus aliis Officialibus de corpore Univerſitatis idem eſt prædicandum, *Carlev. d. tit.* 1. *diſp.* 2. *q. ſup.* ubi *de foro Scholaſtic. á n.* 479. *ad* 507.

Limitatur vigeſimoprimo, ut 40

non procedat quo ad milites, qui, exceptis cauſis ſecluſis in regimine Gubernatorum armorum, quod tradit per formalia *Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 47. *ad rub. cap.* 4. *á n.* 1. *ad* 67. potentius privilegium habent, quàm ſcholaſtici, ut conſtat *ex d. regim.* §. 29. & diximus *in tractat. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.* 18. *á n.* 46. & tradit latiſſimè *Peg. ad princip. Ordination. lib.* 2. *tit.* 47. *á n.* 1. *uſq. ad* 31. & *in* §. 1. *á n.* 1. *ad* 19. & *forenſ. cap.* 11. *á n.* 235. ubi reſolvit quod non 41

poſſunt privilegio fori renunciare *Carlev. dict. tit.* 1. *diſp.* 2. *ſect.* 4. *de foro milit. á n.* 461. *ad* 468.

Limitatur vigeſimoſecundo, 42

ut non procedat quoad Senatores, qui activè, & paſſivè potentius privilegium habent, quám cæteri alii quicunque privilegiati *ex Ord. lib.* 3. *tit. ſup.* §. 7. & *lib.* 2. *tit.* 59. §. 13. nec etiam quo ad eos, qui Senatorio pri- 43

vilegio gaudent, quales ſunt omnes nume-

numerati *in Ord. lib.* 2. *tit.* 59. *in*
*princip. & lib.* 3. *tit.* 5. *per tot.* & nos
diximus *in tractat. de privileg. cap.*
18. *án.* 36. *Peg. forenſ. cap.* 11. *án.*
113. ubi quod privilegio ſuo renunciare non poſſunt *Cabed.* 1. *part. dec.*
213. *Phœb.* 2. *part. deciſ.* 146. *Pe-*
44 *reir. deciſ.* 2. *n.* 19. *& deciſ.* 91. quod
extende ad Senatores titulatos, non
verò quoad ſimpliciter togatos, qui
cùm non habeant titulum alicujus
Senatus, privilegio fori gaudere non
poſſunt, ut per me, & duos alios collegas deciſum fuit in Senatu Portuenſi, ex dictis *á Cabed. deciſ.* 213. *n.*
22. *Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 59. *in* §.
13. *n.* 7. *Solorſ. in tract. de las pla-*
45 *ças honorarias n.* 316. & 417. ſecùs verò procedit in apoſentatis, qui
privilegio fori potiuntur, ut judicatum docet *Peg. d. n.* 7. *& alijs in locis.*
46 Limitatur vigeſimotertio, ut
non procedat, quo ad conſiliarios
tribunalium hujus Regni *ex Ord. lib.*
2. *tit.* 59. *in princip.* & quo ad omnes Officiales domûs Regiæ *ex Ord.*
*lib.* 3. *tit. ſup. in princ. &* §. 1. ut
ex dicendis *in cap.* 6. *à n.* 24. *& ex*
*Ord. lib.* 3. *tit. ſup.* §. 7.
47 Limitatur vigeſimoquarto, ut
non procedat quoad Officiales Provinciæ Braſilicæ, Baſilicæ Regiæ, &
Ratiotinorum Regiorum, ut judicatum tradit *Phœb.* 1. *part. art.* 16.
48 *Peg. for. cap.* 11. *n.* 233. ubi cum
aliis docet, & judicatum tradit *Peg.*
quod non poſſunt privilegio fori renunciare.
49 Limitatur vigeſimoquinto, ut
non procedat quoad Familiares de
numero, ut latè diximus, fuſèque probavimus *in noſtro tractat. de privileg. Familiar. Officialiumque Sancta Inquiſition. cap.* 18. *&* 19. *per*
*tot.* docentque *Peg. for. cap.* 11. *à n.*
229. *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.*
2. *ſect.* 6. *per tot.*
Limitatur vigeſimoſexto, ut 50
non procedat quoad omnes, qui
par privilegium habent: quia tunc
actor forum rei ſequi tenetur, & quo
ad omnes, qui potentius privilegium oſtenderint cum derogatione
expreſſa privilegiorum orphanorum: quia tunc non ſolùm orphani
eos coram ſuis Judicibus convenire
non poſſunt, ſed ipſi orphanos coram ſuis convenire valent, prout ſunt
Senatores, & omnes, qui eorum privilegio utuntur, Officiales Regiæ
domûs expreſſi *in Ord. lib.* 3. *tit.* 5.
*per tot.* milites *ex regimin. Gubern.*
§. 29. Angli, & Batavi, qui etiam
potentius habent privilegium, prout ipſe vidi in tenore privilegiorum
eorum, ſed activè in his, in cauſis à
mercatura, & negotiatione provenientibus, ut ex tenore privilegii
ipſorum conſtat.
Limitatur vigeſimoſeptimo 51
quoad cauſas mulctarum, & pertinentes ad Ædiles *ex Ord. lib.* 3. *tit.*
5. §. 9. ubi *Barb.* & nos diximus *de*
*privileg. Familiar. d. cap.* 18. *à n.*
89. & quoad cauſas ſelarii, ſpolii,
cuſtodiæ, vel depoſiti *ex Ord. lib.* 3.
*tit.* 12. §. 2. ubi *Barb.*
Limitatur vigeſimooctavo, ut 52
non

non procedat poſtquam orphani vel fuerint emancipati, vel quia ætatem legitimam habent, vel quia veniam ætatis impetrarunt, aut de licentia Judicis uxorati *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. ubi *Peg. gloſ.* 47. *n.* 49. *&* 50. *Valaſc. de privileg. paupertatis quæſt.* 4. *n.* 15. & nos diximus latè *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 4. *à n.* 1. *ad n.* 55. etiam ſi bona non dum ſunt tradita *Peg. d. n.* 50.

53 Limitatur vigeſimonono, in orphano mercatore, qui in litibus, quas movet ratione mercaturæ, vel ei moventur, privilegio fori, nec activè, nec paſſivè gaudet *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. *gloſ.* 47. *n.* 11. & civiliter obligatur *ex l. utrum*, ubi *gloſ.* 1. *& in verb. fuit ff. de petit. hæreditat. l.* 1. *cod. quod, & adverſus quos, gloſ. in l.* 3. *verb. patitur ff. negotior. geſtor. Ancharran. q.* 38. *à n.* 5. *lib.* 2. latiſſimè *Pil. de contractib. in tot. addition. ad gloſ.* 7. *Poſſidon. de emption. lib.* 1. *dubio* 14.
54 *n.* 12. ubi probat procedere tam pro in integrum reſtitutione, quàm pro nullitate, qui loquuntur de minore publicè mercaturam exercente.

55 Limitatur trigeſimo, ut non procedat in minore tutore, vel curatore carente: tum quia minor curatore carens validè contrahit *ex l.* 2. *cod. de reſtit. in integr.* tum quia minor curatore carens poteſt alienare, quæ ſervari non poſſunt *ex l.* 2. *cod. ſi adv. donat. l. lex, quæ tutores, l. fin.* §. *fin. cod. de adminiſtrat. tutel.* his tamen non obſtantibus, contrarium dicendum eſt; quia minori carenti curatore à Judice eſt dandus, & ſine eo in judicio regulariter non eſt admittendus, ex dictis *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 5. *per tot. & lib.* 5. *cap.* 7. *&* 8. *per tot.*

Limitatur trigeſimoſecundo, 56
in cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis, in quibus orphanus non gaudet privilegio fori ſecularis, ut ex multis diximus *tract.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1. *à n.* 69. *& tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 7. *&* 8.

Quæſtio hìc reſolvi debet, 57
quam vidi in Senatu noſtro ventilatã inter Promotorem orphanorum, & Sebaſtianum da Sylva Cotrim, apud Gravaminum Scribam Dominicum Ludovicum de Oliveira: utrum inſtitutis minoribus filiis Sebaſtiani da Sylva Cotrim, hæredibus, ab eorum patruo Emmanueli da Sylva Cotrim, pertineat inventarium ad Judicem orphanorum, vel ad ordinarium? Pro una, & altera parte varia fundamenta conſiderari poterunt: nam pro Judice ordinario.

Conſideratur primo, quod ad 58
Judicem ordinarium pertinent inventaria eorum, qui de ſua juriſdictione ſunt, ut diximus *tract.* 1. *lib.* 4. *cap.* 14. *à n.* 107. cum ſequentibus, dum de exemptione non conſtat, ut ibi diximus *n.* 108. & nulla lege, vel conſuetudine, vel ſtylo legitimè præſcripto cavetur quod ad Judicem orphanorum pertineat inventarium bonorum, in quibus minores habentes patrem, & matrem; ergo cùm contrarium lege non habeatur, regulæ eſt inhærendum.

Secun-

59 Secundo conſideratur quod de *Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 4. trahunt juriſdictionem faciendi inventaria Judicibus orphanorum, quando mortuo patre, manent orphani, quam ampliavit *in* §. 6. ad caſum, quo mortua matre, minores filii remaneant, *& in* §. 7. ad caſum, quo minor fuerit hæres, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato cujuscunque alterius perſonæ: at in caſu non dantur orphani, quia patrem habent, ut diximus *in* 3. *part. rub. in n.* 3. *& in cap. ſequent. à n.* 16. vel minores cùm matrem habeant, & minores non dicantur, qui patrem, & matrem habent, secùndum ſenſum Ordinationis, quæ intelligenda eſt de minoribus orphanis, patre carentibus, de quibus loquuta fuit *in* §. 4. *&* 5. & de minoribus non orphanis, ſed matre carentibus, de quibus loquitur *in* §. 6. non verò de minoribus patrem, & matrem habentibus, de quibus non cogitavit *Ord. in dictis* §. §. *nec in* §. 7. *ſequent.* qui intelligendus eſt de illis minoribus, de quibus in antecedentibus ſermo
60 fuit, ex regula, quod ſequentia ſecundùm præcedentia ſunt intelligenda, quam probavimus *tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 33. quia præcedentia influunt in ſequentia, ut diximus *d. cap.* 3. *n.* 51. *&* 52.

61 Pro Judice orphanorum ponderatur, quod eſt Judex privativus orphanorum, & ad illum pertinet utrorumque bona cuſtodire, & conſervare *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 4. cum ſequentibus; unde cùm minores ſint hæredes inſtituti, ad eum ſpectat bona deſcribere, ut facti maiores, vel per emancipationem, vel per mortem patris, legitima ætate concurrente, habeant ipſi minores ipſa bona illeſa, & ſalvam eorum ſubſtantiam; quo tamen non obſtante, contrarium judicavit Senatus, ex rationibus, de quibus ſuprà, quæ ex multis confirmari poterant: ſed tu pro Judice orphanorum reſponde, quia licèt pater ex perſona filiorum 62
minorum non habeat electionem Judicum, ut deciſum refert *Cabed.* 1. *p. areſt.* 23. *& deciſ.* 99. *n.* 11. *Barb. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *n.* 2. *Phœb.* 2. *p. deciſ.* 141. *n.* 7. tamen inventarium, & partitio ſemper fieri debet coram Judice orphanorum *ex Phœb.* & ita deciſum fuit in favorem Simonis de Cordova, Judicibus Senatoribus Sebaſtiano da Coſta, & Franciſco Mouſinho: quia contraria fundamenta procedunt quo ad lites: quia patri pertinet exercitium omnium actionum *ex Barth. in l.* 1. *cod. de bonis maternis*, *Perez ad Gam. deciſ.* 77. *Aſcan. de patr. poteſtat. cap.* 6. *effect.* 22. & diximus laté *tract.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1.

CA-

## CAPUT III.

Pupillis, & minoribus orphanis an, & quando competat privilegium trahendi adverſarium ad Curiam Regiam, ſivè ſint actores, ſivè rei?

### SUMMARIUM.

1 *Privilegium trahendi tum activè, tum paſſivè adverſarios ad Curiam Regiam, orphanis impuberibus competit.*

2 *Pupillus, licèt dives, miſerabilis perſona dicitur.*

3 *Idem de vidua divite dicendum eſt.*

4 *Pupillo naturali tantùm, ſeu ſpurio hujuſmodi privilegium competit.*

5 *Licèt poſt factum adultum lis finiatur.*

6 *Vel per diſpenſationem doctor factus ſit.*

7 *Sivè matrimonium, vel ſponſalia contrahat.*

8 *Sivè malitia ætatem ſuppleat, vel non.*

9 *Sed in pupillo per mortem patris in poteſtatem avi recaſuro limitatur.*

10 *In pupillo quoque Hæbreo limitatur.*

11 *Et in pupillo convento ex contractu paterno, lite ſuper eo jam conteſtata, quod apud nos non eſt verum.*

12 *In pupillo patrem habente, etiam limitatur.*

13 *Niſi pater ſit inutilis.*

14 *Idem in pupillo uxorato, & patrem religioſum habente.*

15 *Et in patrem negligentem habente.*

16 *Orphani, qui inter miſerabiles perſonas connumerantur, in regula comprehenduntur.*

17 *Privilegia omnia pupillis conceſſa, alijs perſonis per adminiſtratores rectis conceduntur.*

18 *Orphanus rigoroſé dicitur, qui patre, & matre caret.*

19 *Orphanus à pupillo differt; quod explicatur; & qui apud nos orphanus ſit; orphanis adultis privilegium non competit.*

20 *Habent tamen prodigi, quibus adminiſtratio interdicitur.*

21 *Quiſnam dicatur prodigus, & quod comprehendat, remiſſivé.*

22 *Avari etiam adminiſtrare prohibiti, habent privilegium, & etiam avocandi cauſas; & quales ſint, remiſſivè.*

23 *Senes, curatorem habentes, vel non, hujuſmodi privilegium habent.*

24 *Quis ſenex dicatur, remiſſivè.*

25 *Hæreditas jacens, quæ pupillo æquiparatur, idem habet privilegium.*

26 *Et etiam amori capti.*

27 *Et dæmoniaci, & qui iſti ſint, & ad quid capaces, remiſſivè.*

28 *Venter etiam, cujus curator agit, vel defendit, idem privilegium habet.*

29 *Idem de pupillo uxorato dicendum eſt.*

30 *Pu-*

30 *Pupillus uxoratus à patria poteſtate non liberatur, licèt per ſtatutum eſſet diſpoſitum, quod per matrimonium ſolveretur.*
31 *Pupillus patrem religioſum profeſſum, vel negligentem habens, eodem privilegio fruitur.*
32 *Virgines etiam ætate maiores, etiam, vel patrem, vel avum habentes, ſub cujus poteſtate ſint, fruuntur.*
33 *Furioſi quoque, & mentecapti, fræneticique fruuntur.*
34 *Fatui quoque; & qui fatui, remiſſivé.*
35 *Idem de lunaticis.*
36 *Idem de ebrijs.*
37 *Omneſque, qui ſub tutela, vel cura ſunt, & aliorum adminiſtratorum adminiſtratione, dum miſerabiles perſonæ ſunt.*
38 *Licèt in noſtro Regno orphani, ſimileſque ſpecialem Judicem orphanorum privativum habeant, eorum tamen tutores, & curatores ad Præſidem Curialem, tum in agendo, tum in defendendo lites avocare poſſunt.*
39 *Cùm hujuſmodi privilegium per conceſſionem juriſdictionis privativæ derogatum non cenſeatur.*
40 *Habet locum privilegium, licèt cauſa delegata reperiatur, ſi in delegatione privilegium expreſſé derogatum non ſit.*
41 *Habetque locum in præjudicium habentis juriſdictionem in habitantes incerto loco, prout ſunt Barones, & apud nos terrarum domini.*
42 *Et etiam ſi domini juriſdictionem haberent cum clauſula, prout meliùs, & pleniùs prædeceſſores tenuere, pateatque illos habuiſſe cognitionem contra miſerabiles perſonas.*
43 *Et etiam ſi in cauſa ad modum belli procedatur.*
44 *Et etiam licèt quis juriſdictionem habeat cum derogatione l.* unicæ, *ſi ſuſpicio adſit reum non puniturum.*
45 *Regulare eſt dari fori electionem perſonæ inferioris conditionis contra perſonam ſuperioris conditionis, minus potenti contra potentiorem, quando coram ordinario obtinere juſtitiam non ſperatur.*
46 *Habetque locum privilegium, licèt juriſdictio comitatur cum clauſula, quacunque lege non obſtante contrarium diſponente.*
47 *Vel cum clauſula, quibuſcunque privilegijs non obſtantibus.*
48 *Et etiam ſiquis in poſſeſſione cognoſcendi contra miſerabiles perſonas ſit, nullo tamen privilegio exhibito.*
49 *Privilegiumque comprehendit miſerabiles, naturales, & illegitimos agentes pro injuria alicujus de genere, ſeu pro morte.*
50 *Procedit etiam privilegium licèt aliquid petitum ſit à Judice,*

*ce, coram quo fuit conventus privilegiatus, non præcedente proteſtatione de reſervatione privilegij.*

51 *Miſerabilibus etiam agentibus pro furto in bonis commiſſo privilegium competit.*

1 INdubitata eſt juris reſolutio, quod pupillis, & orphanis competit privilegium trahendi adverſarios ſuos ad Curiam Regiam, ſivè ad agendum, ſivè ad ſe defendendum; dummodo maſculus non excedat ætatem quatuordecim annorum, & fæmina duodecim, *ex l. unic. cod. quando Imper. int. pupil. & vid. Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. & tit. 12. §. 1.* ubi infinitos citat *Barb.* & de materia agunt *Joan. Maria Novar. de elect. & variat. fori*, per duas integras partes, ſive per duos tomos, *Alphonſ. Peres de Lara in compend. vitæ homin. cap. 21. à n. 1. ad n. 100. Urſil. ad afflict. deciſ. 257. n. 7. Cov. practicar. cap. 7. Azeved. in l. 8. n. 9. & 10. tit. 3. lib. 4. recopilat. Aug. Barb.* ampliando, & limitando *in collectan. ad tex. in d. l. unic. ibid. Peres, Zoeſ. Bruneman.* & cæteri ordinarii, *Carlev. de judic. tit. 1. diſp. 2. à n. 584. Valaſc. de privileg. paupert. part. 3. à q. 1.* cum ſequentibus, *Peg. for. cap. 11. à n. 73.*

2 Quia pupillus dicitur perſona miſerabilis, etiam ſi dives ſit, *Cov. practic. cap. 6. n. 2. Roland. vol. 1. conſil. 76. n. 45. afflict. deciſ. 257. Lar. d. cap. 21. n. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 66.* ubi idem de 3
vidua divite, *Gratian. cap. 182. n. 2. Nat. conſil. 590. Franch. deciſ. 100. Canc. 2. var. cap. 2. n. 5. Novar. in prax. election. ſeu variat. fori, ſect. 2. q. 3. à n. 1. Caſtil. lib. 3. controv. cap. 25. n. 3. Thom. Vaz, alleg. 65. n. 28. Oliv. de foro Ecleſ. 3. p. q. 40. per tot.*

Ampliatur primo, ſivè pupil- 4
lus naturalis, & legitimus, ſive naturalis tantùm, aut ſpurius ſit; *Novar.* cum aliis *n. 2.* ſive lis finiatur 5
poſt pupillum factum adultum; *Novar. n. 3. Theſaur. deciſ. 177. n. 2. Menoch. d. caſ. 66. n. 36. Giurb. deciſ. 82. n. 13. Paſcal. de patr. poteſt. 2. p. cap. 2. n. 101.* ſive pupil- 6
lus ex diſpenſatione ſit factus Doctor; *Novar. n. 4. Sarmient. lib. 3. Selectar. cap. 12. à n. 6.* ſive matri- 7
monium, vel ſponſalia contrahat, ut judicatum tradit *Novar. n. 6.* ſi- 8
vè malitia ſuppleat ætatem pupilli, ſivè non, *Novar. d. n. 6.* qui *n. 7.* li- 9
mitat in pupillo, qui per mortem patris in poteſtatem avi ſit recaſurus. *& n. 9.* in pupillo Hæbreo, *& n. 10.* 10
in pupillo convento ex contractu pa- 11
terno, lite ſuper eo conteſtata, quæ quidem limitatio apud nos non eſt vera, cùm habeamus contrarium *in Ord. lib. 3. tit. 5. §. 1. Phœb. 1. p. areſt. 54. Mend. in prax. 1. p. lib. 1. cap. 3. n. 4. Gabr. Pereir. deciſ. 22. Reynoſ. obſ. 52. Cab. deciſ. 54. & areſt. 32. & q. 14.* limitat in pu- 12
pillo habente patrem *à n. 5.* cum ſe-

D quenti-

quentibus,ubi ita judicatum tradit ,
13 niſi pater ſit inutilis,ut ex multis re-
ſolvit *à n.* 9. & nos diximus *in* 3.*p.*
*rubric. noſtri operis à n.* 7. *Novar.*
14 2. *part. ſect.* 1. idem tradit in pupil-
lo uxorato , & *q.* 2. in habente pa-
15 trem Religioſum , *&* *q.* 3. in haben-
te patrem negligentem *Galeſ. de*
*reſtitut. in integr. cap.* 1. ubi *n.* 84.
docet, quod omnibus miſerabilibus
perſonis competit reſtitutio. Et vide
infrà *à n.* 39.
16 Ampliatur ſecundo , ut prædi-
cta concluſio comprehendat orpha-
nos , qui inter miſerabiles perſonas
connumerantur *à Fontan. de pact.*
*nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 11. *à n.* 74. *No-*
*var. d. ſect.* 2. *q.* 1. *à n.* 1. *ad* 3. *Caſ-*
*til. d. cap.* 25. *n.* 17. *Theſaur. deciſ.*
177. *n.* 1. *Eſcob. de ratioc. cap.* 25.
*n.* 17. *Thuſc. lit. M. concluſ.* 273.
*n.* 2. *Barb. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §.
3. *n.* 1. & plures alii apud *Novar.*
*d. q.* 1. qui ſui oblitus , contrarium
docet *q.* 4. *n.* 8. ſed cum ampliatio-
ne tranſit *Paſcal. de patr. poteſt.* 2.
*p. n.* 2. ex doctrina *Cov. pract. cap.*
17 6. *n.* 6. quia omnia privilegia con-
ceſſa pupillis, ſunt conceſſa aliis per-
ſonis , quæ per adminiſtratores re-
guntur ; *ex gloſ. in l.* 2. *cod. de cu-*
*rat. furioſ. Bald. in l. jubemus* , *cod.*
*de Sacroſ. Ecclеſ. n.* 3. *Soccin. lib.* 4.
*conſil.* 66. *n.* 7. *Caſtil. d. cap.* 25. *n.*
18 22. & orphanus rigoroſè dicitur ,
qui patre, & matre caret , ut ex mul-
tis probat *Novar. in prax. electíon.*
*ſeu variat fori, ſect.* 2. *q.* 2. *à n.* 1.
19 *ad* 6. ubi inquit *in* 3. quòd orphanus

differt à pupillo , quia pupillus licèt
ſit orbatus patre , non caret paterno
præſidio , cùm tutorem habeat ; or-
phanus verò patre , & tutore caret ;
ſed orphanus quoad nos dicitur, qui
patre caret , licèt matrem , & tuto-
rem habeat, ut diximus *in* 3. *p. rub.*
*hujus operis n.* 2. idem *Novar.* 2.
*p. ſect.* 2. *q.* 4. *per tot. Thom. Vaz*,
*alleg.* 65. *n.* 12. tenet quod orpha-
nis adultis non competit *ex Ord. lib.*
3. *tit.* 5. §. 3.
Ampliatur tertio , ut compre- 20
hendat prodigos , quibus adminiſ-
tratio bonorum interdicta eſt , de
quibus *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *&* *tract.*
3. *lib.* 4. *cap.* 3. *Novar. in prax. elect.*
*ſeu variat fori, ſect.* 2. *q.* 17. ubi pro- 21
digus quiſnam dicatur , & quod
comprehendat prodigos *q.* 16. *per*
*tot. Cochier. de juriſd. in exempt.*
*p.* 4. *q.* 108. *Damhoud. in patroc.*
*pupil. cap.* 8. *à n.* 1. *ad* 81. *cap.* 9.
*ad* 147. *Altim. infrà à n.* 1. *ad n.* 56.
Ampliatur quarto , ad avaros , 22
quibus adminiſtratio bonorum inter-
dicta eſt, qui quales ſint , docet *No-*
*var. q.* 19. *per tot.* eiſque compe-
tere privilegium avocandi, docent *q.*
18. *per tot. Altim. de nullitat. rub.*
11. *q.* 240. *à n.* 57. *ad n.* 68.
Ampliatur quinto , ad ſenes , 23
ſive habeant curatorem , ſive non ,
quibus competit prædictum privi-
legium ; *ex Novar. d. ſect.* 2. *q.* 20.
*per tot.* qui *q.* 21. *per tot.* agit , quis 24
dicatur ſenex ; & nos diximus *tract.*
3. *lib.* 4. *cap.* 3. & tradit *Lar. in com-*
*pend. vitæ homin. cap.* 31. *ubi per-*
*tot.*

*tot. de privileg. ſenectut. Narb. de ætate anno 70. & 80.* per varias quæſtiones.

25 Ampliatur ſexto, ad hæreditatem jacentem, quæ æquiparatur pupillo *in l. 1. ff. de curat. bon. dand. & in l. in poſſeſſionem ff. ex quib. cauſ.* cui competit electio fori; *Novar. in prax. election. ſeu variat. fori, ſect. 2. quæſt. 27. per tot. 1. p.*

26 Ampliatur ſeptimo, ad amore captos, *ex Novar. ſup. q. 35. per tot.* & diximus *tract. 2. lib. 6. cap. 10. n. 10. & tract. 3. lib. 4. cap. 3. Morius, de execut. inſtrument. lib. 2. cap. 20. à n. 12.*

27 Ampliatur octavo, ad demoniacum, *Novar. d. ſect. 2. q. 39. per tot.* ubi quis dicatur, & ad quid ſit capax, vel non.

28 Ampliatur nono, ad ventrem, cujus curator agens, vel defendens nomine partùs futuri poteſt uti prædicto beneficio, *Novar. de elect. & variat. fori tract. poſterior. ſect. 2. q. 5. à n. 1. ad 7. Thom. Vaz, alleg. 65. n. 13. Barb. in l. unic. cod. quando Imperator n. 33.* licèt contrarium doceat *Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 5. n. 3.*

29 Ampliatur decimo, ut comprehendat pupillum uxoratum; *Novar.* ubi proximè *q. 1. per tot. à n.*
30 *1. ad* 8. ubi inquit, quod pupillus uxoratus non liberatur á patria poteſtate, quanvis adſit ſtatutum, quod per matrimonium ſolvatur patria po-
31 teſtas; *Giurb. deciſ.* 189. nec non pupillum, qui habet patrem Religioſum profeſſum; *Novar. ſup. q. 2. à n. 1. ad 11.* vel negligentem *Novar. ſup. q. 3. per tot. à n. 1. ad 15.*

Ampliatur undecimo, ut com- 32
prehendat virginem etiam ætate maiorem; *Novar. ſup. q. 4. à n. 1. ad 9.* vel habentem patrem, vel avum, ſub cujus poteſtate ſit; *Novar. in prax. election. ſeu variat. fori 1. p. ſect. 2. q. 13. per tot. & 2. p. ſect. 2. q. 7. à n. 1. ad 42. Ægid. de privileg. honeſtat. art. 4. n. 5. Danza in ſuo tract. de pugn. DD. tit. de remiſ. cauſar. cap. 6. Gratian. cap. 421. n. 69. Barb. in d. l. unic. Carlev. de judic. diſp. 2. q. 6. n. 536. Rovit. deciſ. 49. n. 12. Trentacinq. tit. de citat. reſol. 2. n. 16. Novar. poſt 1. part. deciſ. 14. per tot. Thom. Vaz, alleg. 65. n. 22. Ord. lib. 3. tit. 5.* §. 5. ibi *Barb. Peg. forenſ. cap. 11. à n. 95.*

Ampliatur duodecimo, ut cõ- 33
prehendat furioſos, mentecaptos, phreneticos; *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori, 1. p. ſect. 2. q. 42. à n. 1. ad 17. & q. 43.* ubi *à n. 1. ad 14.* quomodo probetur furor, *Cochier. de juriſd. in exempt. tom. 1. p. 4. q. 108. per tot. Altim. de nullit. rub. 11. q. 239. à n. 1. ad n. 52.* & nos *tract. 3. lib. 4. cap. 3. & lib. 5. cap. 10.*

Ampliatur decimotertio, ut 34
comprehendat fatuum, ut docet *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori, 1. part. ſect. 3. q. 44. per tot.* qui *q. 48. per tot.* docet quis dicatur fatuus, lunaticum, ex eodem *Nov.* 35
*ſup. q. 46.* qui etiam *q. 47. per tot.* docet quis lunaticus dicatur; ebri- 36

um ex eodem *Novar.d.ſect.* 3. *q.* 41. *per tot.* ubi quis ebrius dicatur, *Altim.* ubi proximè *à n.* 1. *uſq. ad n.* 51. nos *d. cap.* 3. *&* 5.

37 Ampliatur decimoquarto, ut comprehendat omnes, qui ſub tutela, cura, & adminiſtratione tutorum, curatorum, & aliorum adminiſtratorum ſunt; quia omnes perſonæ, quarum bona per adminiſtratores reguntur, miſerabiles profectò ſunt, ut deciſum tradit *Novar. poſt ſecund. p. tract. de elect. & variat. fori, deciſ.* 1. *n.* 3. *&* 6. *& deciſ.* 34. *à n.* 29. *ad* 36. ubi omnes, quæ dicantur miſerabiles perſonæ, enarrat, & de quibus *Thom. Vaz, alleg.* 65. *per tot.*

38 Ampliatur decimoquinto, ut non obſtante, quod in noſtro Regno orphani, cæterique, quorum bona per curatores reguntur, habeant ſpecialem Judicem, quam vocamus orphanorum, privativum ad omnes cauſas civiles, in quibus actores, vel rei extiterint, *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 87. *per tot.* nihilominus tutores, & curatores miſerabilium orphanorum, & cæterorum, omiſſo Judice privativo, poſſunt lites ad Præſidem Curialem avocare, ſivè ſint actores, ſive rei, miſeri illi, quorum bona ab

39 ipſis reguntur, quia privilegium *leg. unic. cod. quando Imperator*, non cenſetur derogatum per conceſſionem juriſdictionis privativæ in omnes orphanos, & illis ſimiles habitantes in territorio, ut tradit *Novar. de fori elect. & variat.* 2. *p. ſect.* 3. *q.* 3. *per tot.* & probabitur ex dicendis in ſequentibus ampliationibus, & idem *Novar. poſt* 1. *part. deciſ.* 7. *per tot. Barb. in d. l. unic. cod. quando Imper. n.* 3. ubi multos citat in terminis *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. *gloſ.* 47. *n.* 46. *Thom. Vaz, ſup. n.* 28. *Peg. ad Ord. lib.* 3. *p.* 5. §. 3. *cap.* 42. *n.* 292.

Ampliatur decimoſexto, ut procedat, quanvis cauſa reperiatur delegata, niſi expreſſè in delegatione eſſet derogatum *d. l. unic.* ut ex variis probat *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori, q.* 2. *à n.* 1. *ad* 9. & comprobatur ex his, quæ diximus *in tract. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.* 12. *à n.* 37. 40

Ampliatur decimoſeptimo, ut procedat in præjudicium habentis juriſdictionem in quoſcunque habitantes in loco ſui dominii, ut ſunt domini terrarum apud nos, & Barones; *Rovit. prægmat.* 11. *Franch. deciſ.* 192. *Novar. ſup. q.* 3. *per tot. Thom. Vaz, alleg.* 65. *n.* 59. *&* 60. 41

Ampliatur decimooctavo, ut procedat in præjudicium habentium juriſdictionem cum clauſula, prout meliùs, & pleniùs prædeceſſores tenuerunt; etiam ſi pateat illos habuiſſe cognitionem contra miſerabiles perſonas; *Novar. ſup. q.* 4. *à n.* 1. *ad* 9. *Carlev. de judic. diſp.* 2. *q.* 6. *à n.* 581. *Merlin. controv.* 86. *Novar.* 1. *p. q.* 8. *ſect.* 4. licèt contrarium doceat *Danz. de pugn. DD. tit. de privileg. cap.* 2. *tit.* 2. 42

Ampliatur decimonono, ut 43

pro-

procedat etiam ſi in cauſa procedatur ad modum belli, *Novar. 2. p. ſect. 3. q. 6. per tot. Barb. in l. 1. ff. de judic. 4. p. n. 72. Canc. 2. var. cap. 2. n. 24. Caſtil. lib. 3. cap. 25. n. 7.*

44 Ampliatur vigeſimo, ut procedat, licèt quis habeat juriſdictionem cum derogatione *l. unic.* ſi ſuſpicio ſit habentem juriſdictionem non eſſe reum puniturum; *Novar. d. p. 2. ſect. 3. q. 7. per tot.* & judicatum re-
45 fert *Maſtril. deciſ. 147. n.* 33. quia regulare eſt dari fori electionem perſonæ inferioris conditionis contra ſuperioris conditionis perſonam, minus potenti contra potentiorem, quando coram ordinario juſtitiam obtinere non ſperatur; *Novar. in tract. de elect. & variat. fori, 2. p. ſect. 3. q. 1. per tot. Barb. ad tex. in l. unic. cod. quando Imperator n. 22. Cov. practic. cap. 6. n. 1.* ibi *Faria, Avendan. de exequend. mandat. 1. p. cap. 1. n. 31.* & de jure Caſtellæ *l. 5. tit. 3. part. 3.* ibi *Greg. Lop. l. 7. l. 8. tit. 3. lib. 4. novæ recopilat.* ibi *Azeved. Canc. 2. var. cap. 2. n. 18. Lar. in comp. vitæ homin. cap. 21. à n. 44.*

46 Ampliatur vigeſimoprimo, ut procedat, licèt juriſdictio comitatur, non obſtante quacunque lege, contrarium diſponente; *Novar. q. 8. per tot. à n. 1. ad 9. Carlev. de judic. diſp. 2. q. 6. n. 577. Lar. in compend. vitæ homin. cap. 21. n. 5.*
47 vel non obſtantibus quibuscunque privilegiis, *Lar. d. n. 5. Gratian. deciſ. 20. n. 1.* ibi *Scopa, Giurb. deciſ. 82. n. 4.* quibus adde, quos citavimus *in tract. de privileg. Familiar. cap. 24. à n. 175.*

Ampliatur vigeſimoſecundo, 48
ut procedat, quanvis aliquis ſit in poſſeſſione cognoſcendi contra miſerabiles perſonas, nullo tamen privilegio exhibito; *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori, 2. p. ſect. 3. q. 9. à n. 1. ad 10. Merlin. for. cap. 86. à n. 17.*

Ampliatur vigeſimotertio, ut 49
comprehendat miſerabiles naturales, & illegitimos agentes pro injuria alicujus de genere, ſeu nece; *Novar. ſup. q. 13. per tot. à n. 1. ad 11. Thor. in compend. deciſ. Regn. in elect. fori, p. 3. fol. mihi 361.*

Ampliatur vigeſimoquarto, ut 50
procedat, licèt petitum ſit aliquid à Judice, coram quo fuit conventus privilegiatus, non præcedente proteſtatione de reſervatione privilegii; *Novar. d. ſect. 3. q. 17. à n. 1. ad 10.* de quo vide, quæ diximus *in tract. de recuſat. lib. 4. cap. 1. per tot.*

Ampliatur vigeſimoquinto, ut 51
competat miſerabilibus agentibus pro furto, in propriis bonis commiſſo; *Novar. d. ſect. 3. q. 18 à n. 1. ad 11.* licèt *Danz. de pugna DD. tit. de elect. fori, cap. 6. tom. 2.* contrarium videatur ſentire.

CA-

## CAPUT IV.

### De eadem materia.

### SUMMARIUM.

1 *Privilegium* d. l. unicæ *etiam in cauſis coram Judice nundinarum locum habet.*

2 *Privilegiumque miſerabilibus conceſſum renunciari nequit.*

3 *Nec cum juramento; ſed alij tenent contrarium.*

4 *Dato quod renunciari poſſit, in dubio renunciatum non præſumitur.*

5 *Eo, vel maximè ſi renunciatio fiat ab eo, qui de beneficio renunciato certum non eſt.*

6 *Electio, ſeu variatio fori poſt ſpecialem juratam renunciationem conceditur, ſi poſt illam nova cauſæ perhorroſcentia ſupervenit.*

7 *Electio fori non ceſſat, ſi poſt illam factam, privilegium derogatorium* l. unicæ *ſupervenit.*

8 *Exceptio declinatoria ante ingreſſum judicij, & conteſtationem litis opponi debet.*

9 *Electio tamen fori, & variatio à perſonis privilegiatis, quæ privilegium ſuum renunciare nequeunt, in quacunque parte litis, etiam poſt concluſionem in cauſa opponi poteſt.*

10 *Sivè per ſe, ſive per alios litigent.*

11 *Sivè in prima, ſivè in ſecunda inſtantia, ſivè in appellatione.*

12 *Statur juramento ejus, allegantis non poſſe conſequi juſtitiam in partibus ad ut reſcriptum in Curia obtineat.*

13 *Per electionem fori factam ita Judicis manus ligantur, ut omnia poſteà geſta irrita ſint.*

14 *Judex declinatus recuſato æquiparatur.*

15 *Privilegium, de quo agitur, ad conſortes litis ſuper re individua extenditur.*

16 *Quæ cauſa individua ſit? Remiſſivè.*

17 *Etiam extenditur ad connexas, quæ ſeparari non poſſunt, & unæ ab alteris dependunt.*

18 *Quæ cauſa connexa dicatur? Remiſſivè.*

19 *Uxores miſerabilium in noſtro privilegio comprehenduntur.*

20 *Sponſa de præſenti habens electionem fori, eo uti poteſt, ſicut ſponſus.*

21 *Maritus, vel ſponſus de præſenti perſonæ privilegiatæ, eodem electionis, & variationis privilegio gaudet, ſi nomine uxoris, vel ſponſæ agat; ſecùs ſi proprio.*

22 *Parentes ex cauſa filij privilegiati gaudent electionis, & variationis privilegio, quo filius fungitur, ſi in domo parentum alitur.*

23 *Miſerabilis perſonæ filius, dum emancipatus non eſt, gaudet beneficio fori, quo pater gaudet.*

24 Et

24 *Et quomodo ad hunc effectum paternitas, maternitas, & filiatio probetur, remiſſivè.*

25 *Frater perſonæ privilegiatæ eodem electionis, & variationis fori gaudet, quo miſerabilis frater, dum unà ſimul habitant, & in communione ita ſunt, quod patrimonium unius alterius ſit.*

26 *Quomodo ad hoc fraternitas probetur, remiſſivè.*

27 *Semel introducta cauſa in Curia ad aliud Tribunal, ſeu judicium non transfertur, licèt cauſa, ſeu privilegium ceſſet.*

28 *Cum ab initio ſufficiat juriſdictionem fundatam eſſe.*

29 *Et quod tempore citationis permaneat.*

30 *Citatio litis pendentiam inducit.*

31 *Vidua forum declinans, illud non perdit poſteà nubens.*

32 *Etiam miſerabilibus ſua culpa factis hujuſmodi privilegium competit, ſi culpa ad id ordinata non fuerit.*

33 *Competit hujuſmodi privilegiũ, licèt Barones, & Domini terrarum amplum juriſdictionis, & cognitionis tam in prima, quam in ſecunda inſtantia cauſarum habeant.*

34 *Quod procedit licèt juriſdictio derogatoria privilegij cũ clauſula* motu proprio *concedatur.*

35 *Licèt etiam in conceſſione juriſdictionis clauſula,* non obſtantibus privilegiis, *quorum ſpecialis facienda eſſet mentio, adeſſet.*

36 *Licèt etiam juriſdictio conceſſa eſſet cum derogatione privilegiorum verbis ampliſſimis, & prægnantibus.*

37 *Procedit etiam, licèt juriſdictio reperiatur conceſſa cum derogatione privilegiorum, prout in conceſſione, & privilegio talis perſonæ continetur, in qua verè, & realiter derogatio beneficij* l. unicæ, cod. quando Imperator, *expreſſa ſit.*

38 *Hujuſmodi electio, ſeu variatio fori, tum in civilibus, tum in criminalibus competit.*

39 *Licèt etiam lite pendente miſerabilitatis qualitas ſuperveniat.*

40 *Exempla ad ſupradictam doctrinam accommodata judicata refert, etiam poſt concluſionem in cauſa.*

41 *Competit privilegium ſivè ex jure ceſſo ex cauſa oneroſa, aut lucrativa agatur, dummodo fraudulenta, & ſimulata non ſit.*

42 *Licèt privilegiatus ſatiſdediſſet de judicio ſiſti, ſeu de ſtando juri, ſeu judicato ſolvendo, privilegio electionis, ſeu variationis uti poſt.*

43 *Idem ſi cautionem expenſarum dederit.*

44 *Vel copiam libeli in judicio, in quo conventus, petat.*

45 *Vel ſportulas Judici det.*

46 *Vel*

46 *Vel cautionem de parendo mandato Judicis, in quo conventus dediſſet.*
47 *Vel procuratorem conſtituiſſet.*
38 *Et licèt privilegiatus contumax fuiſſet.*
49 *Vel obligatus eſſet cum clauſula, quòd* ubique *conveniri poſſit.*
50 *Licèt miſerabiles perſonæ divites ſint, ad huc privilegio uti poſſunt.*

1 AMpliatur vigeſimo ſexto, ut competat pro cauſis introductis coram Judice nundinarum, ut latè probat *Novar. d. ſect.* 3. *q.* 19. *à n.* 1. *ad* 20.

2 Ampliatur vigeſimoſeptimo, ut privilegium miſerabilibus conceſſum renunciari non poſſit, ut diximus *in tract. de privileg. Famil. cap.* 4. *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori*, 1. *p. ſect.* 1. *q.* 12. *à n.* 1. *ad* 47. ubi *n.* 1. varios refert, quibus adde *Cov. pract. cap.* 6. *&* 7. ibi *Faria*, *Giurb. deciſ.* 82. *n.* 5. *Canc.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 23. *Gratian. cap.* 182.
3 *n.* 22. *Phœb. deciſ.* 48. *n.* 10. ubi etiam, quod nec cum juramento, licèt contrarium teneat *Gutter. de jurament. confirmat.* 1. *p. cap.* 17. *n.* 37. *Molin. diſp.* 571. *n.* 22. *Thom. Vaz*, *alleg.* 65. *n.* 48. ubi alios citat *Peg. for. cap.* 11. *à n.* 75. *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *ſect.* 7. *à n.* 598.

4 Ampliatur decimooctavo, quod dato, quod renunciari poſſit, in dubio renunciatum non præſumatur, ut oſtendit *Novar. ſup. q.* 13. *à n.* 1. *ad* 28. de quo diximus *tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 12. eo maximè, quando renunciatio facta eſt ab eo, qui 5
non eſt certioratus de beneficio, cui renunciat, *Novar. ſup. q.* 14. *à n.* 1. *ad* 4. *Lara in compend. vitæ homin. cap.* 12. *n.* 4. *Novar. poſt* 1. *p. deciſ.* 24. *per tot.*

Ampliatur vigeſimonono, ut 6
electio, ſeu variatio fori concedatur poſt ſpecialem juratam renunciationem, quando poſt illam nova perhorreſcentiæ cauſa ſupervenit, *Novar. de elect. ſeu variat. fori*, 2. *p. ſect.* 3. *q.* 20. *à n.* 1. *ad* 26.

Ampliatur trigeſimo, ut ele- 7
ctio fori non ceſſet, quando poſt illam factam ſupervenerit privilegium derogatorium *l. unic. cod. quando Imperat.* ut ex multis probat *Novar. d.* 2. *p. ſect.* 3. *q.* 21. *à n.* 1. *ad* 14.

Ampliatur trigeſimoprimo, ut 8
quanvis regula ſit, quod exceptio declinatoria fori opponi debeat ante ingreſſum judicii, & conteſtationem litis, *l. ultim. cod. de exceptionib. l. peremptorius cod. de ſent. reſcind. l. ſed et ſi, ff. de judic. cap. Inter monaſterium, de re judicat. cap. ſi quis Epiſcop.* 3. *q.* 6. tamen electio fori, 9
& variatio à perſonis privilegiatis per privilegia, quæ renunciari nequeunt, opponi poteſt in quacunque parte litis, etiam poſt concluſionem in cauſa, *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori* 1. *p. ſect.* 1. *q.* 16. *per tot. àn.* 1. *ad* 14. *Cala de mod. articuland. gloſ.* 1. §. 1. *ſub n.* 75. *Franch. deciſ.*

*deciſ.* 10. *n.* 20. & 214. *n.* 2. *Muſcat. in prax. ſacri Concil. gloſ. competenter n.* 30. ſive per ſe litigent, ſive per tutores, curatores, & procuratores, *Muſcat. ſup. n.* 31. *No-*
11 *var. ſup. n.* 12. & 13. ſive in prima inſtantia, ſive in ſecunda, ſive in appellatione, ut in propriis terminis *Theſaur. deciſ.* 177. *n.* 8. *Novar.* cum multis *ſup. n.* 14. & nos *tract. de privileg. Famil. Official. Sanctæ Inquiſition. cap.* 19. ferè *per tot.* & maximè *à n.* 51. *Novar. poſt prim.*
12 *p. deciſ.* 5. ubi *per tot.* quòd ſtatur juramento, cùm quis allegat non poſſe conſequi juſtitiam in partibus, quoad reſcriptum obtinendum in Curia, & poſt ſecundam *deciſ.* 4. *per tot. Barb. in l. unic. cod. quando Imperator, n.* 14. *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *ſect.* 7. *n.* 601. multis citatis.

13 Ampliatur trigeſimo ſecundo, ut electione fori facta, manus Judicis ſtatim ita ligatæ maneant, quod omnia poſteà per illum geſta irrita
14 ſint; ſiquidem Judex declinatus Judici recuſato æquiparatur, *Novar. de elect. & variat. fori*, 1. *p. ſect.* 1. *q.* 16. *ubi per tot. àn.* 1. *ad* 7. ampliationem firmat *Maſtril. deciſ.* 27. *n.* 9. *Barth. in l. unic. cod. quando Imperat. Novar. poſt* 1. *p. deciſ.* 20. *per tot.* ſic judicatum tradit.

15 Ampliatur trigeſimotertio, ut comprehendat, & extendatur privilegium ad conſortes ejuſdem litis ſuper re individua, ut latè probat *Novar. de elect. & variat. fori*, 1. *p. ſect.* 3. *q.* 1. *à n.* 1. *ad* 29. ubi ſatis 16
abundè docet, quæ cauſa individua dicatur, & nos diximus *in tract. de privileg. Famil. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.* 18. *à n.* 10. & 17
ad cauſas connexas, quæ ſunt, quæ ſeparari non poſſunt, & unæ ab alteris dependent, *Novar.* ubi proximè *q.* 2. ubi *à n.* 1. *ad* 20. docet, 18
cauſa connexa quænam dicatur, *Lar. in compend. vitæ homin. cap.* 21. *Barb. in l. unic. cod. quando Imperator, n.* 17. latè *Farinac. in repertir. de judiciis q.* 83. *per tot.*

Ampliatur trigeſimoquarto, ut 19
comprehendat uxores miſerabilium, ut latè probat *Novar. ſup. q.* 3. *à n.* 1. *ad* 22. & nos diximus *tract. de privileg. Famil. cap.* 5. *per tot. & tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *à n.* 71. *cum plurib. ſequentib.*

Ampliatur trigeſimoquinto, ut 20
ſponſa habentis fori electionem, eodem eligendi privilegio gaudeat, ſicuti ſponſus de præſenti, *Novar. de elect. & variat. fori*, 1. *p. ſect.* 4. *q.* 3. *per tot. àn.* 1. *ad* 17. *Peg. for. cap.* 11. *n.* 101.

Ampliatur trigeſimoſexto, ut 21
maritus, vel ſponſus de præſenti perſonæ privilegiatæ eodem electionis, & variationis privilegio gaudeat, quo utitur ejus uxor, vel ſponſa, dummodo agat nomine uxoris, aut ſponſæ; ſecùs ſi proprio, *Novar. d. ſect.* 3. *q.* 5. *per tot. àn.* 1. *ad* 11.

Ampliatur trigeſimoſeptimo, 22
ut parentes, & ſic pater, & mater, ex cauſa filii privilegiati gaudeat ele-

ctionis, & variationis privilegio, quo ipſe fungitur, dum in eorum domo alitur; ita *Novar. d. ſect.* 3. *q.* 8. *à n.* 1. *ad* 16.

23 Ampliatur trigeſimooctavo, ut filius miſerabilis perſonæ, dum non eſt emancipatus, electionis fori beneficio gaudeat, quo & pater; nos *de privileg. Familiar. lib. unic. cap.* 7. *per tot.* & in terminis *Novar.*
24 *ſup. q.* 9. *per tot. à n.* 1. *ad* 61. qui *q.* 10. *à n.* 1. *uſq. ad* 13. docet, quomodo paternitas, maternitas, & filiatio ad hunc finem probetur.

25 Ampliatur trigeſimonono, ut frater privilegiatæ perſonæ eodem electionis, & variationis fori gaudeat, quo ipſe miſerabilis frater, dum unà ſimul habitant, & in communione ita ſunt, quod patrimonium unius ſit alterius, *Novar. ſup. q.* 11. *à n.* 1. *uſq. ad* 7. qui *q.* 12. *à n.*
26 1. *ad* 5. tradit, quomodo probetur fraternitas quoad hunc finem.

27 Ampliatur quadrageſimo, ut ſemel introducta cauſa in Curia, licèt ceſſet cauſa, ſeu privilegium, aut qualitas, quæ produxit litem, non debet transferri ad aliud Tribunal, ſeu judicium, *l. fin. cod. de veteran. lib.* 10. *Valaſc. conſ.* 57. *Giurb. deciſ.* 82. *à n.* 11. *Lar. in compend.*
28 *vitæ homin. cap.* 21. *n.* 79. quia ſufficit, quod ab initio eſſet fundata juriſdictio; *ex l. ſi quis poſteà ff. de judic. l. ampliorem §. fin. cod. de appe-*
29 *llat.* & ad hoc ſufficit, quod tempore citationis permaneat lis, *Giurb.*
30 *ſup.* quia litis pendentiam citatio inducit, *gloſ. in cap. ut debitus de appellation. Clement.* 2. *ut lite pendent. Lara d. n.* 79. *in fin.* latiſſime *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori*, 1. *p. q.* 26. *per tot. à n.* 1. *ad* 21. *ſect.* 4. & deciſum tradit *deciſ.* 9. *per tot. poſt* 2. *p. tractat. & deciſ.* 19. ubi *per tot.* 31
deciſum refert, viduam declinantem forum, illud non perdere, ſi poſteà nubat, *Barb.* cum multis *in l. unic. cod. quando Imperator*, *n.* 19. *Carl. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *ſeſ.* 7. *n.* 618.

Ampliatur quadrageſimoprimo, ut competat prædictum privilegium etiam his, qui ſua culpa miſerabiles facti ſunt, *Barb. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *n.* 6. *Novar. d. ſect.* 4. *q.* 63. *per tot. à n.* 1. *ad n.* 8. *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *à n.* 616. qui *n.* 617. limitat quando culpa fuerit ordinata ad ipſam miſerabilitatem. 32

Ampliatur quadrageſimoſecundo, ut habeant hujuſmodi eligendi, & variandi forum privilegium, non obſtante, quod Barones, & domini terrarum habeant amplum privilegium juriſdictionis, & cognitionis primarum & ſecundarum cauſarum, ut ex infinitis docet *Novar. in prax. electionis, ſeu variationis fori*, *ſect.* 4. *à n.* 1. *ad* 21. 33

Ampliatur quadrageſimotertio, ut procedat ſupradicta ampliatio, licèt juriſdictio concedatur derogatoria privilegiis cum clauſula, *motu proprio*, *Novar. ſup. q.* 2. *à n.* 1. *ad* 5. ubi multos citat. 34

Ampliatur quadrageſimoquarto, 35

to, ut ſupradicta ampliatio procedat etiam ſi in derogatione privilegiorum facta in conceſſione juriſdictionis adeſſet clauſula, *non obſtantibus privilegijs*, quorum ſpecialis mentio facienda eſſet, *Novar.* cum multis ſuprà *q. 3. à n. 1. ad 6.*

36 Ampliatur quadrageſimoquinto, ut procedat prædicta ampliatio, etiam ſi juriſdictio ſit conceſſa cum derogatione privilegiorum, verbis ampliſſimis, & valdè prægnantibus, *Novar. ſup. q. 7. à n. 1. ad 4.* ubi multos citat.

37 Ampliatur quadrageſimoſexto, ut procedat prædicta ampliatio, licèt reperiatur conceſſa juriſdictio primarum, ſecundarumve cauſarum cum derogatione privilegiorum, prout in conceſſione, & privilegio talis perſonæ continetur, in qua verè, & realiter ſit expreſſa derogatio, beneficio *l. unic. cod. quando Imperator*, ut latè probat *Novar. ſup. q. 8. à n. 1. ad 5.*

38 Ampliatur quadrageſimoſeptimo, ut prædicta electio, ſeu variatio fori procedat tam in civilibus, quàm in criminalibus, ut poſt longam, moroſamque inquiſitionem reſolvit *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori, 1. p. ſect. 4. q. 12. à n. 1. ad 31.* & poſt *1. p. deciſ. 10. per tot. & 2. p. ſect. 3. q. 16. per tot.* cum multis *Barb. in l. unic. cod. quando Imperator, n. 21. Peg. ad Ord. lib. 3. tit. 5. §. cap. 27.*

39 Ampliatur quadrageſimooctavo, ut procedat, quanvis miſerabilitatis qualitas, lite pendente, ſuperveniat: puta, quia mulieri moritur vir; impuberi pater; diviti ſupervenit extrema paupertas; ſano infirmitas ſontica: *Novar. ſup. q. 13. à n. 1. ad 13. Giurb. deciſ. 82. à n. 7. Novar. poſt 2. p. præd. tract. deciſ. 7.* ubi *per tot.* judicatum tradit, viduam 40 poſſe declinare forum in lite cæpta à marito, concluſione facta in cauſa, & *deciſ. 8.* ubi ſimiliter judicatum refert, viduam poſſe forum declinare ex privilegio viduitatis poſt litem conteſtatam obvento; nos diximus *in tract. de privileg. Famil. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap. 18. à n. 65.* & judicatum iterùm tradit *Novar. poſt 2. p. tract. deciſ. 22. per tot.* cum multis *Carlev. de judic. tit. 1. diſp. 2. ſect. 7. n. 601.* ubi etiam poſt concluſionem in cauſa.

Ampliatur quadrageſimonono, ut procedat, quanvis privilegiatus agat ex jure ceſſo ex cauſa oneroſa, ſive lucrativa, dummodo non ſit facta in fraudem, & ſimulatè, *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori, 1. p. ſect. 4. à n. 1. ad 17. Canc. 2. var. cap. 2. n. 28. Barb. in d. l. un. n. 15.* 41

Ampliatur quinquageſimo, ut procedat, licèt privilegiatus ſatis dediſſet de judicio ſiſti, ſeu de ſtando juri, vel judicatum ſolvendo, *Nov. ſup. q. 16. à n. 1. ad 5.* vel dederit cautionem expenſarum, ut reſolvit idem *Novar. q. 17. per tot.* 42 43

Ampliatur quinquageſimo primo, ut procedat, quanvis privile- 44

giatus petat copiam libelli in judicio, in quo conventus fuit, *Novar.*
45 *ſup. q.* 18. *per tot.* vel Judici ſportulas dediſſet, *Novar. ſup. q.* 19. *per*
46 *tot.* aut cautionem dediſſet de parendo mandatis Judicis, in quo fuit conventus, *Novar. ſup. q.* 20. *per tot.*
47 vel procuratorem conſtituiſſet, *Novar. q.* 21. *per tot.*

48 Ampliatur quinquageſimoſecundo, ut procedat, quanvis privilegiatus fuiſſet contumax, ex rationibus, & juribus, de quibus *Novar. in tract. de elect. & variat. fori,* 1. *part. ſect.* 4. *q.* 22. *á n.* 1. *ad* 4. & nos *in tract. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. lib. unic. cap.* 19. *á n.* 51. *& à n.* 55.

49 Ampliatur quinquageſimotertio, ut procedat, licèt privilegiatus ſit obligatus cum clauſula, quod poſſit ubique conveniri, *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori,* 1. *part. ſect.* 4. *q.* 48. *à n.* 1. *ad* 7. *Ord. lib.* 3. *tit.* 6. §. 3. ibi *Barb.*

50 Ampliatur quinquageſimoquarto, ut habeat locum, etiam ſi miſerabiles perſonæ ſint divites, ut docent omnes, quos citamus *tract.* 3. *lib.* 7. *cap.* 9. *á n.* 137. *Caſtil. lib.* 3. *controv. cap.* 25. *n.* 25. *Novar. in elect. ſeu variat. fori,* 1. *p. ſect.* 4. *q.* 30 *per tot. á n.* 1. *ad* 17. *Cov. practic. cap.* 6. qui plures alios citant, cum penè infinitis *Barb. in l. unic. cod. quando Imperator, n.* 20. *Peg. for. cap.* 11.

## CAPUT V.

De eadem materia pro limitationibus regulæ tradendis.

## SUMMARIUM.

1 *Privilegiatus comparens in judicio tanquam tertius, privilegio fori non utitur.*
2 *Comparens pro ſuo intereſſe, exceptiones declinatorias opponere nequit.*
3 *Et cauſam in eo ſtatu, in quo reperitur, proſequi debet.*
4 *Nec potiora jura, quàm principalis, habere debet.*
5 *Per admiſſionem tertij defenſoris, conditio actoris in aliquo deteriorari nequit.*
6 *Tertius ad cauſam veniens arctatur eiſdem terminis, quibus ipſimet litigatores.*
7 *Etiam ſi tertius Clericus ſit.*
8 *Author ſe ſe* in tractatu de privilegiis *hîc declarat.*
9 *Si privilegiatum cauſa defatigandi collitigantes privilegio uti appareat, eo frui nequit.*
10 *Cùm fraus, & dolus nulli patrocinari debeant.*
11 *Doluſque privilegium ceſſare faciat.*
12 *Miſerabilis ex offenſione ſibi caſualiter facta agens, privilegio non utitur.*
13 *Neque in cauſis, in quibus ſpecialis Judex deputatus eſt.*
14 *Nec contra ſimile, & par jus habentes.*

15 *Fiſ-*

15 *Fiſcus privilegio ſuo, ut ſibi inſtrumenta edantur, contra alium fiſcum non utitur.*
16 *Privilegium ſcholaris contra alium ſcholarem ceſſat.*
17 *Filiusfamilias contra alium Macedoniano non utitur.*
18 *Eccleſia contra aliam, nec vendere favore unius Eccleſiæ altera cogitur.*
19 *Pupillus, aut orphanus contra omnes relatos in ampliationibus privilegio non utitur, nec contra viduam.*
20 *Niſi maritum interficiat, vel cauſam morti malitioſè dederit.*
21 *Quo ad intentum inutilem maritum, captivum, bannitum, ad triremes condemnatum, vel per longum tempus abſentem habens vidua dicitur, dummodo maritus inutilis, vel abſens uxoris culpa ſit.*
22 *Alij referuntur, contra quos pupillus, neque orphanus hujuſmodi privilegio utuntur.*
23 *Quomodo morbus probandus ſit? Remiſſivè.*
24 *Nec utuntur contra meretricem, quæ eodem privilegio utitur.*
25 *Quæ meretrix dicatur? Remiſſivè.*
26 *Nec contra ſcholarem, qui eodem privilegio fruitur.*
27 *Nec contra mercatorem, dum in mercimonijs eſt.*
28 *Quis mercator dicatur? Remiſſivè.*
29 *Nec contra Univerſitatem, quæ pariter eodem privilegio fruitur.*
30 *Quæ dicatur Univerſitas? Remiſſivè.*
31 *Nec contra agricolas non ſagaces.*
32 *Nec contra nautam pro rebus nauticis eo tempore, quo navigare reperitur.*
33 *Nec contra peregrinum, aut advenam.*
34 *Et qui dicantur? Remiſſivè.*
35 *Nec contra captum ab hoſtibus.*
36 *Nec contra pauperem.*
37 *Et quis dicatur, & quomodo paupertas probetur? Remiſſivè.*
38 *Nec contra damnatum ad carceres.*
39 *Aut ad triremes.*
40 *Aut contra relegatum, ſeu deportatum.*
41 *Aut contra decoctum.*
42 *Aut contra noviter ad Fidem converſos.*
43 *Nec contra Eccleſiam.*
44 *Nec contra piam cauſam.*
45 *Et quæ dicatur? Remiſſivé.*
46 *Aut contra Hoſpitale.*
47 *Nec contra Conſervatorem puellarum ſæcularium.*
48 *Nec contra Confraternitates.*
49 *Nec contra montem Pietatis, aut domus Miſericordiæ; & qui dicantur? Remiſſivè.*
50 *Nec contra ſcholam literarum, ſeu ſeminarium.*

51 *Nec*

*51 Nec contra publicè pœnitentem.*
*52 Nec contra Monachum.*
*53 Nec contra Monialem.*
*54 Nec contra Novitium.*
*55 Nec contra oblatum alicui Monaſterio.*
*56 Nec contra Converſum, ſeu Converſam alicujus Religionis.*
*57 Tertiario, ſeu Tertiariæ privilegium non competit.*
*58 Nec contra Eremitas.*
*59 Eremitæ quodnam ſit nomen: cùm omnes ſupra relati privilegio gaudent avocandi cauſam ad Curiam, quoniam inter miſerabiles perſonas enumerantur.*

1 Limitatur primo regula in principio poſita, ut non procedat, quando privilegiatus comparet, tanquam tertius;
2 tum quia comparens pro ſuo intereſſe, nequit opponere exceptiones declinatorias *l. ſi eo tempore, in fin.*
3 *cod. de remiſ. pign.* tanquam tertius cauſam in eo ſtatu proſequi debet, in quo reperitur; *cap. fin. ut lite pen-*
4 *dente in* 6. tum quia tertius potiora jura habere non debet, quàm principalis, *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori*, 1. *p. ſect.* 4. *q.* 28. *n.* 4. &
5 5. tum quia ex admiſſione tertii defenſoris, actoris conditio in aliquo deterior fieri non debet, *l.* 2. §. *defend. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ.*
6 *eatur*: tum quia tertius pro ſuo intereſſe ad cauſam veniens, eiſdem terminis arctatur, quibus ipſimet litigatores: cum multis *Novar. ſup. n.* 7. qui *per tot.* dictam *q.* 28. limitationem firmat, & tuetur; quod etiam 7
verum eſt, etiam ſi ſit Clericus tertius; *ex cap. ſuper eo de offic. delegat. Viv. deciſ.* 30. *n.* 6. & 7. *Cov. practic. cap.* 8. *Sccacia de appellat. q.* 7. *n.* 123. cum quibus declaro ſen- 8
tentiam meam, quam poſui *in tract. de privileg. Familiar. Officialiumq. Sanctæ Inquiſition.* in qua aſſerui Familiarem tertium poſſe declinare *cap.* 18. *n.* 23. ut non procedat abſolutè, ſed cum diſtinctione, de qua *in cap.* antecedenti *à n.* 59. cum ſequentibus, & de qua *Barb. in l. ſi vendit.* 49. *ff. de judic. n.* 143. & 144.

Limitatur ſecundo, ubicun- 9
que apparet privilegiatas perſonas hoc agere cauſa defatigandi colligantes; tum quia fraus, & dolus 10
nulli debent patrocinari, *ex l. itaque fulo ff. de fund. Inſt.* cum ſimilibus: tum quia dolus facit ceſſare 11
privilegium, *l. ſed hoc ita* §. *fin. ff. de re judicat.* ut variis exemplis oſtendit *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori*, 1. *p. ſect.* 4. *q.* 64. *à n.* 1. *ad* 23. *Lar. in compend. vit. homin. cap.* 21. *n.* 46. & 47. *Peg. for. cap.* 11. *n.* 88.

Limitatur tertio, quando mi- 12
ſerabilis perſona agit ex offenſione ſibi caſualiter facta, *Novar. de elect. ſeu variat. fori*, 1. *p. ſect.* 4. *q.* 62. *per tot.*

Limitatur quarto in illis cau- 13
ſis, in quibus ſpecialis Judex eſt deputatus, ut reſolvit *Novar. ſup. q.*

61.

61. *per tot.* quoad Judicem Conſervatorem artis ſerici, vel lanæ, vel ſimilium, *Lar. in compend. vitæ homin. cap. 21. à n. 43. Peg. for. cap. 11. n. 227.*

14 Limitatur quinto, ut non procedat contra ſimile, & par jus habentes, & ſic adverſus alias perſonas privilegiatas, ut latè probat *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori, 1. p. ſect. 4. q. 58. per tot.* & plures apud nos *tract. 3. lib. 7. cap. 9. à n. 137. Lar. in compend. vitæ homin.*
15 *cap. 21. à n. 12.* ideò privilegium competens Fiſco, ut poſſit cogere ad ſibi edenda inſtrumenta, ceſſat
16 contra alium Fiſcum; ſcholaris pri-
17 vilegium ceſſat contra alium; filiuſfamilias non utitur privilegio Mace-
18 doniani contra alium; Eccleſia contra aliam, nec vendere favore unius Eccleſiæ altera cogitur; *Novar. ſup. d. q. 58. à n. 1. ad 11. & poſt 1. p. deciſ. 10. per tot. Barb. in l. unic. cod. quando Imperator, n. 24.* ubi quaſi infinitos citat *Peg. for. cap. 11. n. 87.*

19 Ex quo infero primo, quod neque pupillus, aut orphanus utitur privilegio contra omnes relatos in ampliationibus, nec contra viduam, quæ eodem utitur privilegio; *ex l. unic. cod. quando Imperator, Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. & tit. 12. Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori, 1. p. ſect. 2. q. 6. à n. 1. ad 13.* licèt ha-
20 beat patrem, *Novar. ſup. n. 3.* niſi maritum interficiat, vel cauſam morti malitioſè dederit; *Novar. n. 8. & 9. & poſt 1. p. deciſ. 10. per tot. & 9. per tot. Peg. d. cap. 11. à n. 82. Barb. de judic. cap. 1. q. 9. & 10.*

Vidua quoad intentum non 21
ſolùm dicitur ea, cujus maritus eſt mortuus, ſed ea, quæ inutilem maritum habet, captivum, bannitum, ad triremes condemnatum, vel abſentem per longum tempus, dummodo non ſit inutilis, vel abſens culpa ipſius, *Novar. d. ſect. 2. q. 7. á n. 1. ad 12. DD. in cap. vidua 34. diſt. Berſan. de viduis, cap. 1. q. 9. & 10. per tot. Peg. ad Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. cap. 4. à n. 30. ad n. 35.*

Infero ſecundo, quod neque 22
pupillus, neque orphanus gaudet hujuſmodi privilegio contra leproſum, cæcum, mutum, & ſurdum, membris mutilatum, vel alium perpetua aborantem infirmitate; quia hujuſmodi eodem utuntur privilegio, *Novar. d. ſect. 2. q. 8. per tot.* qui *q. 9. per tot.* docet, quomodo mor- 23
bus ſit probandus, *& poſt 2. p. deciſ. 30. & 34. per tot.* quo ad mutum, & ſurdum *Altim. rub. 11. q. 241. à n. 1. ad n. 31.* & quo ad cæcum, idem *q. 242. à n. 1. ad n. 48.*

Infero tertio, quod ſimiliter 24
non gaudebunt contra meretricem, quæ utitur eodem privilegio, *Nov. d. ſect. 2. q. 11. per tot.* qui *q. 12.* 25
*per tot.* reſolvit, quæ dicatur meritrix; nec contra ſcholarem, qui 26
fruitur eodem privilegio, *Novar. ſup. q. 10. per tot.* nec contra mer- 27
catorem, dum eſt in mercimoniis ex eadem ratione, *Novar. ſup. q. 22. per tot.* qui *q. 23.* docet, quis ſit mer- 28

cator

29 cator ; nec contra Univerſitatem ,
quæ pariter eodem fruitur privile-
30 gio; *Nov.ſup.q.*24.*per tot.*qui *q.*25.
31 *per tot.* tradit,quænam dicatur Uni-
32 verſitas ; nec contra agricolas non
ſagaces , *Novar. q.* 28. *per tot.* nec
33 contra nautam pro rebus nauticis eo
tempore , quo reperitur navigare ,
34 *Novar.q.*29. *per tot.* nec contra pe-
regrinum , & advenam ; *Novar. q.*
35 30.qui *q.* 31. declarat quis peregri-
36 nus , & advena dicatur ; nec con-
tra captum ab hoſtibus ; *Novar. q.*
32. *per tot.* nec contra pauperem ;
37 *Novar. q.* 33. *per tot.*qui *q.* 34. ex-
plicat , quis pauper dicatur, & quo-
38 modo paupertas probetur; nec con-
tra damnatum ad carceres , *Novar.*
39 *q.* 36. *per tot.* nec contra damna-
tum ad triremes, *Novar. q.* 37. *per*
40 *tot.* nec contra relegatum , ſeu de-
portatum , *Novar. in prax. electiion.*
*ſeu variat. fori,* 1. *p. ſect.* 2. *q.* 38.
41 *per tot.* nec contra decoctum, *Nov.*
42 *ſup. q.* 40. *per tot.* nec contra novi-
ter converſos ad Fidem,*Novar.q.*48.
43 *per tot.* nec contra Eccleſiam , *No-*
44 *var. q.* 49.*per tot.* nec contra piam
45 cauſam , *Novar. q.* 50. *per tot.* qui
*q.* 41. *per tot.* docet , quænam di-
46 catur pia cauſa ; nec contra Hoſpi-
47 tale ; *Novar. q.* 44. *per tot.*nec con-
tra Conſervatorem puellarum ſæcu-
48 larium , *Novar. q.* 55. *per tot.* nec
contra Confraternitates , *Novar. q.*
49 56. *per tot.* nec contra Montem pie-
tatis , & domus Miſericordiæ , *No-*
*var. q.* 57. *per tot.* docet,Mons pie-
tatis , ſive miſericordiæ quinam ſit;
nec contra Scholam literarum , ſeu 50
Seminarium , *Novar. q.*59.nec con- 51
tra publicè pœnitentem , *Novar. q.*
60.*per tot.*nec contra Monachum , 52
*Novar.q.*61.nec contra Monialem, 53
*Novar. q.* 62. *per tot.* nec contra 54
Novitium , *Novar. q.* 63. *per tot.*
nec contra oblatum alicui Monaſte- 55
rio , *Novar. q.* 64. *per tot.* nec con- 56
tra Converſum,ſeu Converſam ali-
cujus Religionis , *Novar. q.*65.*per*
*tot.*qui *q.*66.*per tot.*docet Tertiario, 57
ſeu Tertiariæ non competere privi-
legium; nec contra Eremitas,*Nov.* 58
*q.* 67. qui *q.* 68. *per tot.* explicat ,
Eremitæ quodnam ſit nomen; quia 59
omnes relati in hac illatione , ultra
relatos in antecedenti , gaudent pri-
vilegio avocandi cauſas ad Curiam,
quoniam inter miſerabiles perſonas
connumerantur *à Novar. in loc. ci-
tat. & in plur. alÿs*, quas omnes re-
fert *poſt* 2.*p.tract. de elect.ſeu variat.
fori , deciſ.* 30. *à n.* 1. *ad* 52.*& de-
ciſ.* 34 *à n.* 1. *ad* 37.

## CAPUT VI.

Continuatio ejuſdem materiæ.

### SUMMARIUM.

1 *Orphanus , nec pupillus privile-
gio gaudent contra Familiares
Sancti Officÿ.*
2 *Nec contra Senatores.*
3 *Nec contra Scholaſticos.*
4 *Nec contra milites.*
5 *Nec contra Monetarios.*

6 *Nec*

6 *Nec contra quoſcunque alios, qui ex privilegio conveniri non poſſunt, niſi coram certis Judicibus, quo caſu actor, licèt privilegiatus, forum rei ſequi debet.*

7 *Niſi actor magis privilegiatus ſit, quàm reus, ex rationibus, de quibus remiſſivè; exemplumque datur.*

8 *Duplex privilegium unico præfertur.*

9 *Sed quo ad inventarium, & diviſionem hujuſmodi privilegium non ſuffragatur.*

10 *Nec quādo agitur de reddenda ratione tutelæ, vel curæ, vel de alia quacunque adminiſtratione.*

11 *Niſi miſerabilis perſona in loco rei geſtæ per Judicem juſtitiam conſequi non ſoleat.*

12 *Vel niſi à pluribus tutoribus, vel eorum hæredibus ratio petatur.*

13 *In lite incæpta cum defuncto, cui privilegiatus ſucceſſit, poſt litem conteſtatam privilegio locus non eſt; ubi contrarium.*

14 *Nec in cauſa concurrentiæ in quinquenali dilatione locum habet.*

15 *Neque in citatione ad recognoſcendam apocham, ſive privatam, ſive banchariam, niſi poſt negationem, vel recognitionem.*

16 *Neque quando in loco contractus, ubi contraxit privilegiatus, convenitur ibi inventus.*

17 *Nec quando privilegiatus in authorem laudatus eſt.*

18 *Niſi privilegiatus uti defenſor neceſſarius à colono, vel inquilino ſuo jure in re carente, in judicium vocaretur.*

19 *Vel privilegiatus ſpecialiter pro ſuo intereſſe citatus fuiſſet ad defendendum emptorem.*

20 *Privilegiatus excommunicatus privilegio ſuo non utitur.*

21 *In cauſis Regiorum Officialium hujuſmodi privilegium ceſſat.*

22 *Quod non procedit, ſi cum militibus agatur.*

23 *In cauſis ſallarij advocatorum, vel procuratorum privilegium ceſſat.*

24 *Et in citatione ſuper tenore inſtrumenti facta.*

25 *Nec in Fiſcalibus cauſis.*

26 *Nec in cauſis parvi momenti.*

27 *Nec in executivis, ſeu ſummarijs.*

28 *Quænam ſummariæ, ac executivæ dicantur.*

29 *Nec in cauſis fæudalibus locus privilegio eſt.*

30 *Quid ſit fæudum quaternatum, ad hunc effectum? Remiſſivè.*

31 *Miſerabilis perſona in forma Cameræ obligata, privilegio ſuo non utitur.*

32 *In cauſa reconventionis non eſt locus privilegio.*

33 *Nec ubicunque miſerabilis perſona litigare velit in foro, cujus juriſdictio ejus nomine exercetur.*

34 *Nec quando lis cum Curialibus Regiarum Audientiarum, ſeu Senatus Ulyſſiponenſis, ſeu Portuenſis vertitur.*

35 *Nec quando de reſtituendo depoſito, vel ſequeſtro agitur.*
36 *Nec quando miſerabilis perſona bona virtute decreti poſſidet, ſi contra decretum opponatur, quia tunc coram Judice decretum decernente diſputandum erit.*
37 *Vel quando lis vertitur cum Familiaribus, & Commenſalibus Regis, actu ſervientibus.*
38 *Qui Domeſtici, Familiares, & Commenſales dicantur? Remiſſivè.*
39 *Si miſerabilis Judæus, vel infidelis ſit, privilegio non utitur.*
40 *Si Baronibus cum ſpeciali derogatione* l. unic. cod. quand. Imperat. *juriſdictio concedatur, hujuſmodi privilegio locus non eſt.*
41 *Sed in prædicto caſu ſublimitatur, ſi ſuſpicio, Baronem non eſſe puniturum reum, adſit.*
42 *Vel ſi juriſdictio eſſet conceſſa, & in derogatione privilegiorum reperiretur clauſula,* quorum tutores, *vel clauſula* pro expreſſis habentes.
43 *Nec in cauſis ſpolij.*
44 *Vel in crimine aſſaſſinij.*
45 *Nec etiam pro caſuali offenſione illata miſerabili, procedente ejus lata culpa, vel motu iræ.*
46 *Niſi priùs ſummariè probetur qualitas miſerabilitatis.*
47 *Requiritur quod privilegiatus compareat, & ſuum privilegium alleget.*
48 *Limitatur in fideijuſſoribus miſerabilium, quibus non conceditur ipſorum privilegium.*
49 *Procedit etiam in ceſſionario miſerabilis perſonæ, cui etiam ejus privilegium denegatur.*
50 *Secús in ceſſionario ex cauſa neceſſaria.*
51 *Limitatur, quando miſerabiles perſonæ non jurant per horreſcentiam Judicis.*
52 *Contra tale juramentum non admittitur probatio in contrarium.*
53 *Quod juramentum per procuratorem præſtari poteſt.*
54 *In omnibus ſupradictis caſibus privilegiatus citatus á pariter privilegiato apud Judicem domicilij ipſius rei ordinarium prætextu privilegij, non poterit declinare illius Judicis juriſdictionem ad Curiam Regis: quia reus eſt in malitia; actorque æquè privilegiatus eligit forum de jure communi, ſervato quolibet privilegio; & ideò præferendus.*
55 *Niſi reus ſit magis privilegiatus, quàm actor.*

INfero quarto, non gaudere activè contra Familiares Sancti Officii, ut diximus *in tract. de privileg. Familiar. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.* 18. *n.* 70. nec contra Senatores, ibidem *á n.* 44. nec contra Scholaſticos, ibidem *á n.* 59. nec contra milites, ibidem *á n.* 62. 1 2 3 4

*n.* 62. nec contra Monetarios, ibi-
5 dem *à n.* 66. nec contra quoſcun-
que alios, qui ex privilegio conve-
6 niri non poſſunt, niſi coram certis
Judicibus; quia tunc actor, quan-
7 vis privilegiatus, ſequitur forum rei,
niſi ſit magis privilegiatus, quàm
reus, ex aliqua ex rationibus, quas
diximus *tract.* 3. *lib.* 7. *cap.* 9. *à n.*
8 142. *ad* 163. quia ubi pupillus, vel
alter privilegiatus, volens trahere ad
Curiam alterum privilegiatum, ju-
varetur aliqua alia cauſa rationabili
præter privilegium, tunc cùm con-
currat duplex privilegium, præfer-
tur unico; *Lar. in compend. vitæ
homin. cap.* 21. *n.* 34. *&* 35. *Jacob.
de Arenis in l. ſi ventri, in fine ff. de
privileg. creditor.* cum aliis.

9 Limitatur ſexto, ut non pro-
cedat quoad judicium ſummariſſi-
mum inventarii, & diviſionum, ut
latè diximus *tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3.
*n.* 13. *& lib.* 4. *cap.* 14. *& tract.*
2. *lib.* 8. *cap.* 3. *à n.* 9. *uſq. ad* 24.
*& in tract. de privileg. Famil. Offi-
cialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.*
18. *á n.* 67. *ad* 69. & judicatum tra-
dit doctiſſimus meus Transtaganus
Eſtremorenſis *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.*
87. §. 45. *& forenſ. cap.* 11.

10 Limitatur ſeptimo, ut non
procedat, quando agitur de redden-
da ratione tutelæ, vel curæ, vel de
alia quacunque adminiſtratione, ut
reſolvit *Novar. in prax. elect. ſeu
variat. fori*, 1. *p. ſect.* 4. *q.* 34. *á n.*
1. *ad* 9. *& deciſ.* 29. *per tot.* ubi ſic
deciſum tradit *Eſcob. de ratiocin.
cap.* 7. *á n.* 56. *Paſchal. de patr. po-
teſtat. cap.* 2. *in fine* 2. *p. cap. de
regim. Reipublic. cap.* 7. *n.* 14. *& cap.*
26. §. 10. *Thoro in comp. deciſ. Re-
gni in verb. ration. tom.* 2. niſi miſe- 11
rabiles perſonæ in loco rei geſtæ per
Judicem juſtitiam conſequi non ſo-
leant *Novar. d. q.* 34. *n.* 7. *l. talis
§. Priſcus ff. de condition. & demonſ-
trat. Farin. tom.* 2. *deciſ.* 607. *Me-
noch. de arbitr. judic. lib.* 2. *centur.*
5. *caſ.* 468. *Gratian. deciſ.* 180. *n.*
6. vel niſi petatur ratio contra plu- 12
res tutores, vel eorum hæredes, *Lar.
in compend. vitæ homin. cap.* 2. *á n.*
48. *Peg. for. cap.* 11. *n.* 92. *Carlev.
de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *ſect.* 7. *n.* 651.
*Peg. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *cap.*
28. *per tot. Ord. lib.* 3. *tit.* 11. §. 3.
ibi *Peg.*

Limitatur octavo, ut non pro- 13
cedat in lite incepta cum defuncto,
cui privilegiatus ſucceſſit, quando lis
fuiſſet cum eo conteſtata, *Novar.
in prax. elect. ſeu variat. fori*, 1. *p.
ſect.* 4. *q.* 23. *per tot. Caſtil. lib.* 3.
*controv. cap.* 25. *n.* 45. *Trentacinq.*
2. *var. tit. de citat. Valaſc. allegat.*
136. nos *de privileg. Familiar. Offi-
cialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.*
18. *á n.* 59. *&* 60. *cum ſeq. Lar. in
comp. vitæ homin. cap.* 21. *á n.* 79.
& meliùs *á n.* 90. *Novar. ſup. poſt*
1. *p. deciſ.* 29. *per tot. Thom. Vaz,
allegat.* 66. *n.* 24. contrarium aſſe-
rit *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. nos *cap.
anteced. n.* 47.

Limitatur nono, ut non pro- 14
cedat, ubi agitur de cauſa concur-

rentiæ in quinquinali dilatione; *No-*
*var. in prax. elect. ſeu variat. fori*,
*1. p. ſect. 4. q. 24. Viv. deciſ. 38. n.*
*8. Cala de modo articuland. gloſ. 1.*
*n. 97.*

15 Limitatur decimo, ut non pro-
cedat, quando privilegiatus citatur
ad recognoſcendam apocham, ſivè
privatam, ſivè banchariam, niſi poſt
negationem, vel recognitionem,
*Novar. ſup. q. 25. per tot.*

16 Limitatur undecimo, ut non
procedat, quando privilegiatus con-
venitur in loco contractus ibi in-
ventus; *Novar. ſup. q. 27. per tot.*
*Cala de modo articuland. gloſ. 1. n.*
*67. Gratian. cap. 868. n. 12. Ric.*
*deciſ. Cur. Archiep. Neap. deciſ. 296.*
*n. 2. p. 3.* & diximus *tract. de pri-*
*vileg. Famil. cap. 18. á n. 34.*

17 Limitatur duodecimo, ubi per-
ſona privilegiata eſſet laudata in au-
thorem, ut diximus *d. cap. 18. á n.*
*56. ad 58. Novar. in prax. elect. ſeu*
18 *variat. fori, q. 31. per tot.* niſi pri-
vilegiata perſona, uti defenſor ne-
ceſſarius vocaretur in judicium ad
defenſionem ſui coloni, vel inqui-
lini, qui non haberet jus in rem, *No-*
*var. d. q. 31. n. 8. 1. p. ſect. 4. Man-*
*gil. de evictionib. q. 7. n. 5. Graſſis*
19 *de effectib. Clericat. effect. 1. n. 272.*
vel niſi privilegiatus fuiſſet ſpeciali-
ter citatus pro ſuo intereſſe ad de-
fendendum emptorem, *Novar. ſup.*
*n. 10. Viv. deciſ. 30. n. 7. & deciſ.*
*40. n. 5. Squilante de privileg. Cle-*
*ricor. cap. 7. n. 79.*

20 Limitatur decimotertio, quan-
do privilegiatus eſt excommunica-
tus, *Nov. in prax. elect. ſeu variat. fo-*
*ri, q. 1. ſect. 4. & q. 33. per tot.*

Limitatur decimoquarto, in 21
cauſis Regiorum Officialium; *Nov.*
*ſup. q. 35. per tot.* qui *q. 36. per tot.* 22
inquit non procedere, quoties lis
agitatur cum militibus.

Limitatur decimoquinto, quã- 23
do conveniuntur pro ſallario advo-
catorum, vel procuratorum, *Nov.*
*ſup. q. 38. per tot. Gratian. cap. 154.*
*n. 24. Canc. 2. var. tit. de liter. re-*
*quiſit. á n. 66.*

Limitatur decimoſexto, quan- 24
do electio, ſeu variatio fori, oppo-
nitur à privilegiato adverſùs citatio-
nem ſuper tutore inſtrumenti con-
tra eum factam, *Novar. ſup. d. q. 39.*
*per tot.*

Limitatur decimoſeptimo, ut 25
non habeat locum in cauſis Fiſcali-
bus, *Lar. in comp. vitæ homin. cap.*
*21. á n. 72. Novar. in prax. elect.*
*ſeu variat. fori, 1. p. ſect. 4. q. 40.*
*per tot. Barb. in l. unic. cod. quando*
*Imperator, n. 25. Ord. lib. 3. tit. 5.*
§. 5. ibi *Barb.*

Limitatur decimooctavo, in 26
cauſis pravi momenti; *Novar. d.*
*ſect. 4. q. 41. per tot. Lar. in comp.*
*vitæ homin. cap. 21. n. 69.* ubi cir-
ca hoc citat *l. 11. tit. 3. lib. 4. re-*
*copilat. Barb.* cum multis *ſup. n. 30.*
*Thom. Vaz, alleg. 65. n. 39. Peg. d.*
*cap. 11. n. 88.*

Limitatur decimonono, in cau- 27
ſis executivis, & ſummariis, *Nov.*
*ſup. q. 43. per tot. & q. 44.* docet, 28

cauſæ

cauſæ ſummariæ, & executivæ quænam dicantur, *Lar. in compend. vitæ homin. cap.* 21. *á n.* 76. & nos diximus *in tract. de privileg. Famil. Officialiumque Sanctæ Inquiſit. cap.* 18. *á n.* 84. cum ſequentibus.

29 Limitatur vigeſimo in cauſis fæudalibus; *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori*, 1. *p. ſect.* 4. *q.* 45.
30 *per tot.* qui *q.* 46. *per tot.* declarat, fæudum quaternatum quidnam ſit, quoad hunc finem.

31 Limitatur vigeſimoprimo, quando perſona miſerabilis eſſet obligata in forma Cameræ, *ex Nov. in prax. elect. ſeu variat. fori*, 1. *p. ſect.* 4. *q.* 15. *per tot.* & poſt dictam 1. *p. deciſ.* 41. *per tot. Lar. in compend. vitæ homin. cap.* 21. *à n.* 80. cum ſequentibus, *Gratian. cap.* 192. *n.* 6. *Cochier. de juriſd. in exempt.* 2. *p. q.* 46. *tom.* 1.

32 Limitatur vigeſimoſecundo, in cauſa reconventionis, *Novar. d. ſect.* 4. *q.* 46. *per tot.* & nos diximus *de privileg. Famil. Officialiumque Sanctæ Inquiſition. cap.* 18. *à n.* 73. cum ſequentibus.

33 Limitatur vigeſimotertio, ubicunque miſerabiles perſonæ litigare velint in eo foro, cujus juriſdictio eorum nomine exercetur, *Novar. ſup. q.* 51. *per tot.*

34 Limitatur vigeſimoquarto, ubi lis vertitur cum Curialibus Regiarum Audientiarum, ſeu Senatuum Ulyſſiponenſium, & Portuenſium; *Novar. ſup. q.* 52. *per tot.*

35 Limitatur vigeſimoquinto, ubi agitur de reſtituendo depoſito, vel ſequeſtro, *Novar. q.* 52. *per tot.* nos *d. cap.* 18. *n.* 88. *Barb. ſup. n.* 31. *Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. ibi *Barb. & Peg.*

Limitatur vigeſimoſexto, quãdo miſerabilis perſona poſſidet bona vigore decreti, ſi aliquo modo opponatur contra decretum ex cauſa nullitatis, vel aliis mediis, tunc poſſidens citatus coram Judice, à quo fuit latum decretum, forum præfati Judicis declinare nullatenùs poterit, *Novar. in prax. elect. ſeu variat. fori*, 1. *p. ſect.* 4. *q.* 53. *per tot.* 36

Limitatur vigeſimoſeptimo, ubi lis vertitur inter miſerabiles perſonas, & Familiares, Commenſaleſque Regis, actu ſervientes, *Nov. ſup. q.* 55. qui *q.* 56. *per tot.* docet, qui Domeſtici, Familiares, & Commenſales dicantur. 37 38

Limitatur vigeſimooctavo, quando perſona miſerabilis eſſet Judea, vel infidelis, *Novar. ſup. q.* 57. *per tot. Barb. ſup. n.* 28. 39

Limitatur vigeſimonono, ubi juriſdictio conceſſa eſt Baronibus cum ſpeciali derogatione, *l. unic. cod. quando Imperat. Novar. in prax. electione. ſeu variat. fori*, 1. *p. ſect.* 4. *q.* 6. *per tot. & q.* 7. *per tot. q.* 8. *& q.* 9. *per tot. &* 2. *p. ſect.* 4. *q.* 7. ubi limitat, quando ſuſpicio ſit Baronem non eſſe puniturum reum. 40 41

Limitatur trigeſimo, ubi juriſdictio eſſet conceſſa, & in derogatione privilegiorum reperitur clauſula, *quoram tenores* vel clauſula 42

ſula, *pro expreſſis habentes* ; ſecun-
dùm eos, quos refert *Nov.* ubi pro-
ximè *q.* 4. *&* *q.* 6. *per tot.* ubi con-
tra ibi relatos contrarium docet.

43 Limitatur trigeſimoprimo, in
cauſis ſpolii, ut docet *Nov. in prax.*
*elect. ſeu variat. fori*, 2. *p. ſect.* 3.
*q.* 13.*per tot.*& nos diximus *de pri-*
*vileg. Famil. Officialiumque Sanctæ*
*Inquiſit.cap.*18.*á n.*13.cum pluribus
ſequentibus,*Barb.in l.un. cod.quan-*
*do Imperat. n.* 31.

44 Limitatur trigeſimoſecundo,
in crimine aſſaſſinii, *ex Nov. ſup.q.*
15. *à n.* 1. *ad* 11.

45 Limitatur trigeſimotertio, ut
non procedat pro caſuali offenſione
illata miſerabili, procedente ejus la-
ta culpa, *Novar. ſup. q.* 22. *per tot.*
vel motu iræ,*Novar. q.* 23. *per tot.*

46 Limitatur trigeſimoquarto, ut
non procedat, niſi priùs ſummariè
probetur qualitas miſerabilitatis, *No-*
*var. in prax. elect. ſeu variat. fori*,
1. *p. q.* 2.*per tot. &* 2. *p. q.* 2. *per*
*tot. ſect.* 1. & meliùs *d. p.* 1.*ſect.* 1.
*q.* 19. *per tot.*

47 Limitatur trigeſimoquinto,
quando privilegiatus non comparet,
& ſuum privilegium allegat, *Nov.*
*ſup. d.*1. *p. ſect.* 1. *q.* 18.*per tot. &*
*q.* 19.*&* 20. *per tot.*

48 Limitatur trigeſimoſexto, in
fideijuſſoribus miſerabilium, qui-
bus non conceditur ipſarum privi-
legium, ut lato calamo docet *Nov.*
*in prax. elect. ſeu variat. fori*, 1.*p.*
*ſect.* 3. *q.* 17. *à n.* 1. *ad* 29.

49 Limitatur trigeſimoſeptimo,
in ceſſionario miſerabilis perſonæ,
cui etiam ejus privilegium denega-
tur, *Novar. ſup. q.* 14. *per tot.* ubi
*n.* 25. limitat in ceſſionario ex cau- 50
ſa neceſſaria.

Limitatur trigeſimooctavo, 51
quando miſerabiles perſonæ non
jurant per horreſcentiam Judicis,
*Novar. poſt* 1. *p. tract. de elect. ſeu*
*variat. fori*, *deciſ.* 3. *per tot.* con- 52
tra cujus juramentum non admitti-
tur probatio in contrarium, ut deci-
ſum tradit *Novar. deciſ.* 4. *per tot.*
*& deciſ.* 5. *per tot.* & præſtari po- 53
teſt per procuratorem ſpecialem :
idem *Nov. deciſ.* 6. *per tot. Barb.in*
*l. unic. cod. quando Imperat. n.* 22.

In omnibus caſibus,in quibus 54
limitavimus regulam à principio po-
ſitam, non poterit privilegiatus ci-
tatus á pariter privilegiato,apud Judi-
cem ordinarium ipſius domicilii rei
conventi declinare prætextu privi-
legii juriſdictionem illius Judicis ad
Curiam Regis : quia reus eſt in ma-
litia,& actor æquè privilegiatus eli-
git forum ſecundùm jus commune,
ſervato quolibet privilegio, & ideò
præferendus eſt, *Nov. in prax.elect.*
*ſeu variat. fori*, 1.*p. ſect.* 4. *q.* 58.
*n.* 19. niſi reus ſit magis privilegia-
tus, quám actor, ex aliquibus ra- 55
tionibus, quas dedimus *tract.* 5. *lib.*
7. *cap.* 9. *à n.* 142. *ad n.* 163.

CA-

## CAPUT VII.

Quam obligationem habeant tutores, & curatores movendi, & ſubſtinendi lites, & quouſque?

### SUMMARIUM.

1 *Circa hujus capitis materiam Author ſe remiſſum facit.*

2 *Tutores, curatoreſque, etiam finita tutela, ſeu cura, lites à ſe cæptas proſequi tenentur, & eorum hæredes.*

1 DE materia hujus capitis diximus *tract. 3. lib. 6. cap. 20. à n. 1. uſq. ad 52. & cap. 21. à n. 1. uſq. ad 21.* & agit *Sande lib. 2. deciſionum Friſicarum*
2 *tit. 9. definit.* 18. ubi reſolvit, quòd tutor, vel curator tenentur, etiam finita tutela, vel cura, & eorum hæredes, lites á ſe cæptas proſequi quo uſque rationes reddant, *l. unic.* §. *ult. ff. ſi pendent. appellation. l. tutor. 27. ff. de appellationib. l. 2. ff. ſi tutor. vel curator*, ibi *ordinarij.*

## CAPUT VIII.

Tutores, & curatores an, & quando citari debent, vel alios citare valeant?

### SUMMARIUM.

1 *De materia hujus capitis Author ſe ſe remittit.*

MAteria hujus capitis tradita eſt *tract. 3. lib. 5. cap. 5. n. 13. & cap. 6. n. 15. & 16. & cap. 7. á n. 44. uſq. ad 54. & cap. 8. n. 94. & 95.* cum ſequentibus, *Thom. de tutorib. tit. 19. cap. 39. á n. 4216. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 5. à n. 10.* 1

## CAPUT IX.

Tutores, & curatores an, & quando ſoli citari debeant, vel ſimul pupillus, ſeu adultus ſint citandi?

1 *Tutor pupilli, ſeu infantis ſolus, curator verò puberis unà cum pubere citandi ſunt, & ita ebrius, prodigus, & ſimiles aliquem intellectum habentes, citantur.*

2 *Si veró curatorem habentes, nullum intellectum habeant, ſolus curator citatur.*

TUtor infantis, ſeu pupilli ſolus eſt citandus; curator verò puberis unà cum pubere eſt citandus, prout curator prodigi, ebrii, & ſimilium, qui aliquem intellectum habent; ſecùs ſi furioſi, 2 vel dementis, aut frenetici, & ſimilium, qui intellectum non habent, curator ſit, ex locis in ſuperiori capite citatis, & ex his, quæ *tract. 3. lib. 5. cap. 10. per tot. Carpſov. de proceſ. juris, tit. 7. art. 2. n. 17.* 1

CA-

## CAPUT X.

Tutor, vel curator quando per ſe, vel cum minore actorem, vel procuratorem conſtituere poſſint?

### SUMMARIUM.

1 *Hujus capitis materia remiſſa eſt.*
2 *De actore conſtituendo, remiſſivè, qui quidem à tutore, vel curatore, horum periculo, ante litem conteſtatam in judicio in procuratoris loco conſtituitur.*
3 *Et ad omnes, vel ad cauſam certam conſtituitur.*
4 *Et de calũnia ſatiſdare tenetur.*
5 *Ejus officium idem, quod procuratoris eſt, unde ejus morte, vel finito negotio, finitur, vel officio ejus, qui eum conſtituit, finito.*
6 *Litem ſequi, donec appellationem interponat, tenetur; ſineque Judicis decreto non conſtituitur.*

1 ACtum eſt de materia hujus capitis *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. *& cap.* 6. *& cap.* 7. *& cap.* 8. *n.* 49. *& lib.* 6. *cap.* 19. *à n.*
2 1. *uſq.* *ad* 20. de actore conſtituendo agit latè *Petr. Greg. ſyntagmat. juris lib.* 13. *cap.* 9. *per tot. Altim. de nullitatib. q.* 235. *à n.* 42. *&* 47. *& à n.* 117. *uſq. ad n.* 121. qui quidem actor conſtituitur á tutore, vel curatore ante litem conteſtatam in judicio, in locum procuratoris, periculo ipſius tutoris, ſeu curatoris, *l. actor ff. rem raptam habere*, *l. neque tutor. cod. de procuratorib. l.* 1. *cod. de actor à tutore, vel curatore dando*, ibi *Barb. Zoez. Brunem. Per. Azor*, & alii, *l. ſi actor cod. de appellation.* 3
& conſtituitur, vel ad omnes cauſas, vel ad certam, *Bald. Barth. Fulgoſ.* & alii, *in d. l. neque tutor. Altim. ſup. n.* 119. & tenetur ſatiſdare de 4
calumnia *ex l.* 1. §. *ſin autem, cod. de juram. calumn.* & officium ejus 5
eſt idem, quod procuratoris, ad cujus ſimilitudinem finitur, finito negotio, ad quod datum eſt, vel morte ejus, vel finito officio ejus, qui eum dedit *ex l.* 1. *cod. quando tutor, vel curator eſſe deſinit*; & tenetur litem 6
ſequi, donec interponat appellationem, & dari non poteſt á tutore, vel curatore ſine decreto, *Altim. ſup. n.* 46. *Calval. in prax. verbo actor pupilli, concluſ.* 1. 2. *&* 3. *Berlich.* 1. *p. concluſ.* 16. *per tot.*

## CAPUT XI.

Quando pupillus, vel adultus ſine tutore, vel curatore poſſit eſſe in judicio, & per ſe procuratorem conſtituere?

### SUMMARIUM.

1 *Pupillus ſine curatore nunquam in judicio eſſe poteſt.*
2 *Adultus veró ſic, & procuratorem*

*rem conſtituere caſibus, in quibus pro maiore habetur.*

1 PUpillus ſine curatore nunquam poteſt eſſe in judicio, ut diximus *tract. 3. lib. 5.*
2 *cap. 6. per tot.* adultus verò poteſt eſſe in judicio ſine curatore, & procuratorem conſtituere in omnibus caſibus, in quibus pro maiore habetur, relatis *tract. 3. lib. 5. cap. 7. &* 8.

## CAPUT XII.

Tutor, vel curator quæ requiſita implere debeat antequam agat, vel conveniatur in judicio?

### SUMMARIUM.

1 *Requiſita, de quibus, remiſſivè, tutor antequam agat, vel conveniatur in judicio, adimplere debet; aliàs exceptione repellitur.*

1 REquiſita tradita *tract. 3. lib. 4. cap. 9. per tot.* debet implere tutor, vel curator ad hoc, ut in judicio valeat agere, vel conveniri; aliàs exceptione repellitur, ut *in d. cap. 9.* diximus, *& tract. 1. lib. 4. cap. 1.* ferè *per tot.* & agunt latè de materia infiniti, quos referunt *Altim. de nullitat. rub. 11. q. 235. á n. 48. uſq. ad 116. Joan. á Deo lib. 3. cautelar. cap. 10. 11. & 12. per tot. Deluca in prax. judiciali cap. 27. per tot.* qui alios refert *Berlichius concluſ. practic. 1. p. concluſ. 16. per tot. Bayo in prax. 3. p. lib. 1. cap. 14. uſq. ad cap. 17.*

## CAPUT XIII.

Tutor, vel curator an, & quando juramentum calumniæ, vel ſuppletorium, aut deciſivum ſubire teneatur, vel ipſe pupillus, aut minor?

### SUMMARIUM.

1 *De poteſtate tutoris circa recipiendum, vel deferendum juramentum, tum calumniæ, tum ſuppletorium, vel deciſivum. Remiſſivè.*

2 *De juramento calumniæ, ad varias quæſtiones, remiſſivè.*

3 *Idem quoad ſuppletorium.*

4 *Idem quoad deciſivum.*

CIrca poteſtatem tutoris, & 1
curatoris recipiendi, vel referendi hujuſmodi juramenta, diximus *tract. 3. lib. 5. cap. 8. à n. 109. uſq. ad 118.* & de jura- 2
mento calumniæ quoad varias quæſtiones, vide *Thom. de tutorib. tract. 6. tit. 19. à n. 2929.* cum ſequentibus, *Hiltrop. in proceſ. civil. p. 3. tit. 2. per tot. Calvol. in prax. §. jurament. concluſ. 1. & 2. per tot. Deluca in prax. cap. 66. á n. 16. Mend. in prax. 1. & 2. p. lib. 3. cap. 7. per tot. Ord. lib. 3. t. 43.* ibi *Barb. Berlich. concluſ.*

3 *cluſ. pract. concl.* 31. *per tot.* & de juramento ſuppletorio ad varias quæſtiones vide latè *Thom. de tutoribus tract.* 4. *à n.* 2527. *uſq. ad* 2929. *Barb. in cap. ſicut* 2. *de probationib. á n.* 1. *uſq. ad* 48. *Hiltrop. ſup. tit.* 3. *&* 4. *per tot. Mend. in prax.* 1. *&* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 12. §. 4. *per tot. Ord. lib.* 3. *tit.* 52. *per tot.* ibi *Barb.* cum multis *Berlich. concluſion. practicab.* 1. *p. concluſ.* 53. 54. *&* 55. *per tot. Carpſov. in proceſ. juris tit.* 13. *art.* 5. *n.* 30. *&* 31.

4 Et de juramento deciſivo ad varias quæſtiones conſule *Thom. de tutorib. tract.* 5. *tit.* 29. *á n.* 2750. *uſq. ad n.* 2928. & omnia, quæ diximus *tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 10. *per tot. Mend. in prax.* 1. *&* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 12. *Morais de execut. inſtrument. lib.* 1. *cap.* 4. §. 1. *caſ.* 2. *á n.* 1. *uſq. ad* 38. ubi infinitos refert *Peg. forenſ. cap.* 2. *per tot. Barb. in tract. de probation. per jurament. á n.* 1. *uſq. ad* 106. *Berl. ſup. concluſ.* 32. 33. 34. *&* 35. *Sccac. de ſentent. gloſ. ult.*

## CAPUT XIV.

### An, & quando tutor, vel curator teneatur reſpondere poſitionibus, vel minores?

### SUMMARIUM.

1 *Infans poſitionibus, ſeu interrogatorijs reſpondere non tenetur, neque ejus tutor, vel pupilli tutor, neque minoris curator, vel furioſi, vel ſimilis; ſed adultus per ſe cum curatoris interventu tenetur.*

2 *De materia poſitionum ad varias quæſtiones, remiſſivè.*

JAm diximus, quod infans non 1
tenetur poſitionibus, ſeu interrogatoriis reſpondere, neque ejus, vel pupilli tutor, neque curator minoris, vel furioſi, & ſimilis, ſed quod adultus per ſe cum interventu curatoris tenetur reſpondere *tract.* 3. *lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 44. *&* 45. *& n.* 114. *&* 115. & de materia poſitionum, ad varias quæſtiones videndus eſt 2
*Michalor. de poſitionib. à cap.* 1. *uſq. ad* 70. *per tot. Hiltrop. in proceſ. judiciali p.* 3. *tit.* 5. 6. *&* 7. *per tot. Calvol. in prax. judiciaria,* §. *poſition. concluſ.* 1. 2. *&* 3. *per tot. &* §. *articuli, concluſ.* 1. *per tot. &* §. *interrogator. concluſ.* 1. *&* 2. *per tot. Ord. lib.* 3. *tit.* 53. *per tot.* ibi *Barb.* cum multis *Mend. in prax. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 12. *á n.* 22. *& cap.* 19. *n.* 18. *& cap.* 9. *à n.* 4. *&* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 12. *á n.* 40. *Bayo in prax.* 3. *p. lib.* 2. *q.* 41. *per tot. Sccac. de judic. lib.* 1. *cap.* 60. *&* 61. *& lib.* 2. *cap.* 7. *á n.* 1. *ad n.* 800.

CA-

## CAPUT XV.

### Tutor, & curator an, & quando ſatiſdare teneantur, & an, & quando ad expenſas obligentur?

### SUMMARIUM.

1 *Tutor, curatorque, ſicut procurator, ſatiſdare compellitur, de rato, & judicato ſolvendo.*

2 *Cúm dominorum loco habeantur.*

3 *Solúm ut ſolvant ſatiſdare tenentur, non de rato, niſi an eſſent tutores, vel curatores dubitetur.*

4 *De materia ſatiſdationis. Remiſſivè.*

5 *Tutor, vel curator ex ſuo ad expenſas litis non tenetur, niſi temerè litigaverit.*

6 *De expenſis litis, remiſſivè.*

1 TUtor, & curator eodem modo, quo procurator, ſatiſdare compellitur, nempè de rato, & judicatum ſolvi *ex principio Inſtit. de ſatiſdationibus*, ibi *Harpetrus n.* 15. *&* 16. & cæteri Inſtitutarii, *l. ſervum* 33. §. *ait*
2 *Prætor ff. de procurator.* ſed quia dominorum loco habentur *ex l. qui fundum* 7. §. *ſi tutor, ff. pro emptore, l. tutor,* 27. *ff.* de *adminiſtration. tutor. l. interdum* 56. §. *qui tutelam ff. de furtis, l. is, qui* 11. §. *an ignoſcit.* 7. *ff. quod vi, aut clam,*
3 *l. ad ea* 157. *ff. de regul. jur.* receptum eſt, ut ſatiſdarent judicatum ſolvere, tanquam domini, & principales; non verò de rato, niſi dubitaretur an eſſent tutores, vel curatores *ex l. vulgo* 23. *ff. de adminiſtration. tutor.* & de materia ſatiſda- 4
tionum legenda eſt *Ord. lib.* 3. *tit.* 31. *per tot.* ibi *Barb. DD. ad tit. Inſtit. de ſatiſdation. & ff. judicat. ſolvi, judicio ſiſti, & rem raptam habere, Hiltrop. in proceſ. judiciali p.* 2. *à tit.* 28. *uſq. ad* 33. *per tot. Reynoſ. obſerv.* 37. *per tot. Berlich. concluſion. practicabil.* 1. *p. concluſ.* 73. *&* 74. *per tot.* & diximus *tract.* 4. *lib.* 1. *cap.* 8. *per tot. Luc. de judic. diſcurſ.* 13. *per tot. Marant. de ord. judicior. p.* 6. *membro* 8. *á n.* 1. *uſq. ad n.* 269. *Carpſov. in proceſ. juris tit.* 9. *art.* 5. *per tot. à n.* 1. *ad* 199.

Tutor, vel curator non tenetur ex ſuo ad expenſas litis, niſi te- 5
merè litigaverit, ut latè diximus *tract.* 3. *lib.* 6. *cap.* 20. & *tract.* 4. *lib.* 5. *cap.* 2. & de expenſis litium vi- 6
dendi ſunt *Azin. in practica aurea* §. 32. ubi *per* 35. *cap.* materiam totam exhauſit *Berlich. concluſ. practicabil.* 1. *p. concluſ.* 78. *á n.* 1. *uſq. ad* 96. *Ord. noſtra lib.* 3. *tit.* 67. *per tot.* ibi *Barb.* cum multis *Hiltrop. in proceſ. judiciali* 4. *p. tit.* 22. *per tot. Carpſov. in proceſ. juris tit.* 24. *art.* 1. 2. 3. *&* 4. *per tot.*

## CAPUT XVI.

Tutor, vel curator quando poſſit in judicio eſſe teſtis pro minore, vel contra minorem?

### SUMMARIUM.

1 *Tutor, curatorque, pro pupillo, vel minore, teſtes in judicio eſſe nequeunt.*

2 *Etiamſi tutela, vel cura finita ſit.*

3 *Idem in actore ad lites, & in executore teſtamenti procedit; ſed hæc doctrina quoad omnes limitatur, quando de iis ageretur, quæ ab ipſis geſta non ſunt, vel quando cauſa per alium ageretur.*

4 *Niſi de illorum commodo tractatur, vel de ſolemnizando actu, quia tunc etiam teſtes eſſe non poſſunt; ubi etiam de materia remiſſivè.*

5 *De probatione per teſtes. Remiſſivè.*

